



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1719

urn:nbn:de:gbv:46:1-7374

BREMÆ

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Clasfis Secundæ

FASCICULUS TERTIUS.



BREMÆ.

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII.

Typis Rudolphi Hofferi. MDCCXIX.

VIRO
Amplissimo & valde Ve-
nerando,

**JOH. ALBERTO
FABRICIO,**

SACROSANCTAE THEOLO-
GIAE DOCTORI, ATQVE APUD
HAMBURGENSES PROFESSO-
RI CELEBERRIMI NO-
MINIS,

De literis omne genus, quam plurimo-
rum praestantissimorum librorum
editionibus

MERITO PERINSIGNITER,

&, ut paucis multa dicamus,

NOSTRI SAECULI VARRONI,

Nonum hunc hujus

**BIBLIOTHECAE
FASCICULUM,**

**Cum eximia observatio-
nis, quam in nostris animis ingentia
ejus in rem literariam merita excita-
runt, documentum prae-
bituri,**

**Tum ejus quoque suppetias ad promo-
vendum, exornandumque hoc opus
exoraturi,**

**SACRUM ESSE VOLUMUS
EDITORES.**

Con-

(0)

Continentur hoc Fasciculo.

- I. Joh. Jac. SCHEUCHZERI Specimen *physicae sacrae*, s. ad loca Jobi II, 7. 8. & XXVI, 7. Comm. pag. 397.
- II. J. Christ. BIEL de *Purpura Lydia* ad illustrandum locum Act. XVI, 14. Dissert. p. 409.
- III. Stephani VITI Auctoritas *rationis contra Ψευδεγγυνησιαν* loci 2. Cor. X, 5. vindicata p. 432.
- IV. Jacobi HASAEI de תוכים, quas clasfis Salomonis & Hiramii attulisse legitur 1. Reg. X, 22. & 2 Chron. IX, 21. Diff. p. 468.
- V. Relatio de motibus religionis causa in comitatu SAYNENSI obortis. L. R. p. 512.
- VI. Joh. Bapt. OTTII de Christi sacrificio *αὐτῶν ὁσμῶν ἐνωδίας* ad locum Eph. V, 2. Diff. p. 525.
- VII. Theodori HASAEI ad eundem locum Observatio. p. 548.
- VIII. Conspectus *Professorum*, qui in illustri Gymnasio TIGVRINO a. 1718. docuerunt p. 561.
- IX. Christ. Aug. HEVMANNI loci Phil. II, 6. explicatio pag. 580.



I.

JOH. JACOBI SCHEVCHZERI,

Medicinae D. & Mathematicae Prof.

Specimen

PHYSICAE SACRAE,

five

Commentarii in S. S. loca Physico-
Mathematica.

Job. II. 7. 8.

Versio Tigurina.

- 7. Et egressus est Satanus à conspectu Domini ac percussit Job ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem.
- 8. Et accepit testam, qua sese fricaret, seditque in pulvere.

Omnis homo, si delicatissimam attendas corporis structuram & animæ corruptionem *morbis*: quadrat autem Democriti illud ἅλ' ἀνθρώπων ἕσσις

Class. II, Fasc. III,

Cc

8517

isiv, inprimis in Jobum Theologum & philosophum insignem, principem nunc ditissimum, nunc pauperiorem Codro, hominem nunc optima sanitate fruentem, mox ulceribus plenum, & in pulvere sedentem.

De morbo probatissimi (a) Jobi multi disputant multa. Est $\gamma\pi\psi$ ulcus inflammatorium, dolorificum. Sat habuisset dolorum, de quibus conquereretur vir pientissimus, si furunculis scatuisset à pedis planta usque ad verticem. Sed durâssent hi per breve tempus, dolorificæ sensationi jungi debuit diutina mora, si fides Chrysofomo extendenti ad aliquot menses, Origeni ad 3. annos, Suidæ ad 7. LXX. ad longum tempus. Interminatur ipsum hoc $\gamma\pi\psi$, morbus Ægyptiæ nationi infestus, populo Dei in pœnam singularem, haud dubie sensitivam factis. Versio nostra habet *Drüsen Ægypti*, ulcera dixeris longæ durationis, glandulas præsertim colli occupantia, qualia describit *Aretæus Lib. I. de caus. & sign. acut. morb. c. 9.* Ægypto & Syriæ familiaria. *Dolor quidem acer*

(a) Praeter commentatores in Jobum conferri præcipue debent C Bartholinus in L. de morbis Biblicis, G. Wolfg. Wedelius in exerc. medico philol. Dec. IV. Ex. 2. Joh. Reiskius in epist. ad Cl. V. Christ. Fr. Paullini de Morbo Jobi difficillimo. Helm. 1685. in 4. quæ etiam exstat in Thesauro diss. Bibl. Amstel. T. 1. J. Heur. Ursinus in Anal. Phil. L. IV. c. 19. T. d. H.

Et calidus, qualis in carbunculo, Spiritus vitia-
tus. Exhalant enim maxime putredinis odorem,
eundemque vehementer in pectus spirando addu-
cunt. Immundi adeo sunt, ut neque suum ipso-
rum odorem ferre queant: Pallida his seu Livida
facies, febres acute, sitis, ut igne accensi videan-
tur, potum veriti dolores non admittunt. Tri-
stantur enim, cum Tonsillæ comprimuntur, aut po-
tus in nares resilit, quumque decumbunt, sur-
gunt ut sedeant, decubitum non ferentes, quod se
sedeant, quiete carentes, iterum decumbere co-
guntur: plerumque autem recti stantes obambu-
lant: nam quiescere nequeunt: solitudinem fu-
giunt, dolorem dolore tollere tentantes. Inspira-
tio magna est, expiratio vero parva, nam velut
igne exusta ulcera cum sint, à calido præterea Spi-
ritu incenduntur, raucitas adest: vox nihil signi-
ficat. Atque hæc in pejus ruunt, quum subito in
terram collapsis anima deficit. Non aderant
hæ solæ inflammationes colli, sed & aliæ plu-
rimæ in toto corpore, pessime à planta pedis
usque ad verticem, dixisses ulceri ulcerus, in-
flammationem inflammationi junctam, ho-
minem ex doloribus compositum: Ita me
vulneravit, querelæ hæc sunt ipsius patientis,
XVI. 14. ut continuum ulcerus sit; curato uno
exoriebatur mox aliud: sanata hac cutis parti-
cula perforabatur mox alia. Erant hæc ulce-
ra inflammatoria, subinde suppurata. Ar-
dorem indicat Radix קחש, calefacere, accen-
dere. Dolorem eumque intensum colligere

licet passim expatientissimi hominis querelis
 II, 13. *Humi adsederunt (amici) ei septem dies
 & septem noctes ut nullus ei vel verbum loqueretur,
 videbant enim dolorem vehementer auctum
 esse XVI. 6. Ego autem si loquar dolor meus non
 minuitur: sive omitto loqui & quid decedit mihi?*
 Fuerunt hi dolores non superficiales sed
 ὀρεοκοποί; causa non sola circulatio im-
 pedita, orta que inde fibrarum dolorifica ten-
 sio, qualis in inflammatione omni: sed jun-
 cta penetrantissima acrimonia, seu alcalina
 fuerit, seu acida: forabant spicula salina
 diesque noctesque partes non duntaxat cu-
 taneas, sed profundius jacentes membrano-
 sas, nervosas, forte etiam osseas. XXX. 17.
*noctu perforantur ossa mea à me, nec quiescunt
 (vermes) digredientes à me, nostra versio; mei-
 ne nerven schlaffen nimmer, quæ expressio sua
 ἐμφάσει haud caret, ועדקי לא ישכבון
 vena meæ non confident, meine aderen fallen nicht
 ein, arterias, si intellexeris, dixeris pulsum
 ex æstuante sanguine durum, febrilem, unde
 noctes egit insomnes; manabat ex ulceri-
 bus, veluti totidem fontibus, pus, mutatus
 tantum ab illo: omnia hæc defigurabant
 adeo Jobum, ut amici procul suos oculos tollentes
 non agnoverint eum. II. 12. fissa cutis, uti Ele-
 phantiacis, ut in ipsis fissuris pure madenti-
 bus nidulari potuerint vermes. VII. 5. In-
 duit caro mea vermes, & pulverem glebarum ri-
 tu coherescentem, cutisque mea rupta est ac mihi
 displi-*

displicet XVI. 8. rugis quoque aravisti me, ut testi-
 monii vim habeat, & amissa pristina forma, mihi
 dissimilis sum, ita ut palam arguat me. Præ-
 dominante in massa sanguinis acrimonia, &
 invalescentibus diu noctuque doloribus, par-
 tes nutritiæ affigi non poterant, imo vero de-
 bebant fibræ ipsæ solidæ abradi, unde ma-
 rasmus XXX. 28. 30. Lugubri habitu incesi, ut
 solem non sentiens - - Cutis mea in me denigrata
 est, & ossa mea præ siccitate exaruerunt. Qua-
 drant satis benè signa hæc pessimæ ἐλεφαστικῆ-
 σης. Audi Celsum L. 3. c. 23. Totum corpus af-
 ficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur: sum-
 ma pars corporis crebras maculas crebrosque hu-
 mores habet: ruber harum paulatim in atrum
 colorem convertitur: Summa cutis inæqualiter
 crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis qui-
 busdam exasperatur, corpus emarcescit, os, suræ,
 pedes, intumescunt, ubi vetus morbus est, digiti in
 manibus pedibusque sub tumore conduntur, feбри-
 cula oritur, que facile tot malis obrutum homi-
 nem consumit. Morbum hunc alias Ægypto &
 Palæstinæ familiarem describit Lucret. Lib. VI.

Est Elephas morbus, qui Nili flumina
 propter

Gignitur Ægypto in media, neque præ-
 terea usquam

Atthide tentantur gressus, oculiq; in Achæis
 Finibus

Corpus tale ulcerosum, unguium fricatio-
 nem haud admittit, nec squamæ leprosæ à re-

liqua cute avelli se patiuntur. Qua propter accepit testam miser, qua sese fricaret. A commercio hominum talismodi spectacula arcet & horridus mali aspectus & fœtor continuo exhalans. XIX. 14. propinqui mei deseruerunt me, & necessarii mei obliti sunt me. 15. familiares mei, & ancilla mea censent me peregrinum eisque videor exterus. 17. Halitus meus offendit uxorem meam. Colligitur duratio pertinacissimi mali ex VII. 3. Ita mihi est injunctum, agere menses inanes, & molestas noctes numeraverunt mihi. 19. Quamdiu non me facies missum? & non concedes respirandi spatium, ut meam salivam glutiam.

Gravitas mali, doloribus aliisque deterri-
mæ notæ symptomatibus stipata cognoscitur
ex variis locis VII. 3. & XXX. 17. memo-
rantur noctes moleste, insomnes. Dyspnoea
ingens, tristitia summa corporis debilitati so-
ciata. XVII. 1. Jam quidem ago animam, &
dies mei ritu lucerna deficiunt, meque sepulchrum
manet. 15. Dies mei præterierunt, & conatus
mei intercepti sunt, quæque animo præsumere pos-
sem. VII. 15. Non cohibebo meum os, quin lo-
quar aliquid in animi mei angustiis, & querelarum
quiddam loquar in agritudine mea. Exprime-
bant hi corporis mentisque dolores lacrymas
atque suspiria. III. 24. Quum cibum sum ca-
piurus, ingemisco, & ejulatus edo lacrymis aqua-
rum ritu manantibus. XVI. 16. Facies mea in-
tumuit fletu, & palpebras meas obduxit caligo den-
sissima. XXIII. 2. Etiamnum tristi oratione utor:

quaquam mea calamitas superet gemitus meos.
 Animo nunquam non obversabantur idea tristes.
 IX. 27. Si quando apud me dixi, obliviscar me-
 ditationis mee, & deponam vultus (tristes) meque
 continebo. Timui omnes labores meos. Corpus
 doloribus defatigatum si quando obruebat
 somnus, mentem adfligebant horrenda seu
 insomnia, seu phantasmata. VII. 13. 14.
 Quum apud me dico, lectus meus aliquid solatii
 adferet, cubile meum musfitanti adimet (aliquid
 molestie) somnis me terret, & visionibus exagitas
 me. Quietem proin nunquam sensit animus
 in quiete, tristibus seu vigilans seu dormiens
 agitata ideis, XXI. 6. Cogitatione obiens, quæ
 mihi acciderunt, perturbor, & totum corpus meum
 horrore concutitur. XXIII. 16. Meum Cor molli-
 vit DEVS, & optimus maximus turbavit me.
 Stomachum occupabat anorexia, vel fastidia
 continua. VI. 7. Quæ meus animus renuit con-
 tingere, ea sunt mihi pro cibo fatido. Rebus sic
 fiantibus, & ipso nutrimento ab Acrimonia
 infecto, partibus Balsamicis ubique suppres-
 sis, quid mirum, si XIX. 20. cuti & carni ad-
 hæserit os, & evasit dentium suorum cute comite?
 Si cutis vix hæserit ossibus? Si Jobus sceleto
 similior fuerit, quam homini viventi? Si acri-
 monia etiam infestaverit viscera nobiliora,
 ut hæc ipsa passim fuerint inflammata? XXX.
 27. Intestina mea efferbuerunt & non quieverunt,
 meque apprehenderunt calamitosa tempora. Quid
 mirum si spes reconvalescentiæ omnis eva-
 nuit.

nuit, viribus ubique collapsis? VI. 4. *Nam DEI optimi maximi Sagittæ in me sunt, quarum fervor ebibit spiritum meum, & terrores Dei acie instructa me invaserunt. XVI. 12. &c. Beatus fui, sed disjecit me, ac mea cervice comprehensa minutatim confregit me, scopum denique me sibi constituit. Ut me sagittæ illius undique feriant, & renes meos dissecet, ac non parcat, & in terram effundat sel meum. Ita me vulneravit, ut continuum vulnus sit, & in me fecit impetum sicut gigas. Quid denique mirum, si tot malorum comes tandem fit vitæ fastidium, & mors ipsa exoptatur, ut ultimum malorum remedium? VII. 15. Quapropter anima mea suspendium eligit, & mortem præ ossibus meis. Recuso enim perpetuo vivere. 20. mihi met oneri sum. IX. 21. mihi displicet vita mea. Mors. Hannibal ante portas XVII. 1. Jam quidem ago animam, &c.*

De his vitæ ærumnosæ symptomatibus singulis locis plura. Causæ dirorum, totque malorum, quod vidimus, adsignari quidem possunt naturales, non tamen excludi debet τὸ Θεόθεν Euripidis, τὸ Θεῶν Hippocratis. Actores in hac Tragœdia fuere DEVS, Satan, corporis malefana dispositio. Permisit DEVS Satanæ Jobi affligere corpus & animam; hanc idèis tristibus, tentationibus tantum non desperatis, illud sagittis ferire falinis, vel, si mavis, vermiculis infinitè parvis. Agnovit Θεῶν hocce ipse Jobus. XIX. 21. *Divina manus tetigit me.* Sunt & causæ naturales instrumenta in manu DEI. De

De morbi hujus multi formis nomine cum nemine litigabo, an fuerit scorbutus, vel lepra, vel ipsum, quod Pineda voluit, malum venereum, vel scabies una ex gravioribus, quod Exc. Wedelius. Certum hoc, scatuiffe totum corpus acrimonia, fœcunda plurimorum malorum matre. Acrimoniam hanc indicasse videtur ipse æger XIX. 27. *Consummati sunt renes mei in sinu meo XVI. 13. at in terram effundat fel meum, diarrhoeis biliosis & serosis, acrimateria perforante glandulas intestinales.*

Tò *federe Jobi in pulvere*, explicari potest, tanquam signum devotæ ac humilis subjectionis. XLII. 6. (*factum meum*) *improbo & pœnitentia ductus (jaceo) in pulvere & cinere*, sed & cinis dici potest naturale, quod miser quaesierit, malorum remedium, ulcerum ficcativum & absterfivum. conf. Diosc. L. V. c. 135. Πσεί τέφρας κληματίνης. Galen. de Simpl. Med. ad Paternianum, Ubi inter alia hæc. *Cinis in recentia vulnera in profundum positus sanguinem statuit à cursu.*

JOB. XXVI, 7.

Versio Tigurina Lat.

Qui Aquilonem extendit super inane, & Terram suspendit super nihilum.

Sublimes loquendi formulæ, quibus Architectura divina applicative ad Terram

ram docetur. Aquilonem extendere super inane
 Et Terram suspendere super nihilum, idem vult,
 quod vi ædificare nihilo, sed modo θεοπε-
 πει, corporibus superstruere adeo fluxilibus
 & tenuibus, quæ ne quidem pulvisculo fun-
 damentum dare possunt, nedum globo inte-
 gro Terraqueo. Intelligunt communiter
 interpretes per \aleph Aquilonem Hemisphæ-
 rium cœli superius septentrionale, à Polo no-
 stro Boreali fornicis instar expansum super
 \aleph inane vacuum, Atmospharam hanc in-
 feriolem, quæ Terram cingit & communiter
 pro nihilo aspicitur. Quadrant hæc medita-
 tiones globo artificiali, in quo Coluri à Polo
 septentrionali versus æquatorem incurvati
 fornicem repræsentant. Verum enim verò
 alia ipsius cœli ratio. Loquitur hic Jobus
 uti in binis præcedentibus versibus de Terra
 tanquam Globo Terr-- aqua-- aereo. *Aqui-
 lonis igitur extensio super inane, (b) quantum
 quidem*

(b) Mihi quidem commodissimus salvo tamen melio-
 ri aliorum iudicio horum verborum sensus esse vi-
 detur, Aquilonares terræ plagas, quæ Zonæ frigi-
 dæ subjacent, incultas, atque suis destitutas incolis
 esse. Atque in eo Jobus secutus esse videtur, vul-
 gatam ubique veterum opinionem, qui Orbem ter-
 rarum in quinque Zonas dividentes, vix ultra
 quartam ejus partem, quam propterea τὴν οἰκουμενὴν
 vocabant, habitatam fuisse, credebant. Temperatæ
 enim Zonæ suos incolas tribuerunt, torridam autem,
 frigidamque ab usu hominum secundumque reduce-

quidem ego conjecto, exhibet aerem illum borealem densum, qui juxta Æquilibrii leges vi elasticitatis suæ sese extendit versus Climates Calidiora ad Æquatorem usque, ingenti hominum, plantarum & animalium comodo & Atmosphæræ purgamento, Jobiano elogio dignissimo. Notum est crescere eò magis densitatem aëris, quò hic vicinior est polo. Hinc est, quod in polaribus Regionibus sol sit tantum non in occiduis: hinc crepuscula tam matutina, quam vespertina, & altiora & longioris durationis, ut etiam noctibus semestralibus involuti, sole ad 23^o gradus infra Horizontem demerso, satis, etiam absente Luna, luminis habeant incolæ à solo crepusculorum beneficio. Ita videmus divina providentia à *Ποσειδών* ab Aquilone, ab Aquil-

runt. Id quod quam plurimis veterum testimoniis a nobis comprobari posset, si id nunc ageretur, neque res & lippis nota esset & tonforibus. Atque in hac causa perpulchre divino Scriptori cum rei veritate convenit, quam ipsa hujus temporis experientia confirmat. Notum enim est, Groenlandiam, illique adjacentes regiones loca *ἀνοικητὰ ἢ ἢ ἀπαραίτητα* etiamnum esse. Quam autem id de solis Borealibus terris affirmat, de reliquis autem, imprimis Australibus, quas tamen non minus inhabitatas ob calorem esse, omnis antiquitas sibi persuasit, nihil tale affert, non obscure patet, cum sublimiori agitatum fuisse spiritu, qui eum eas etiam veritates, a communi hominum, etiam sapientum, opinione longius remotas docuerit. T. d. H.

Aquilonari aere ingentia emanare beneficia
 nonduntaxat ad populos extremi septentrio-
 nis, sed ad integrum Terræ hemisphærium.
 תלה ארץ על כליםה *Terram suspendit
 super nihilum.* Terra inædificata nihilo,
 Nihil est quod Terram sustentet, Non in-
 natat navis ad instar, aquis, quod Thales
 Milesius voluit: non in cavo quodam jacet
 solido, quæ multorum Patrum fuit opinio:
 non vel è filo est suspensa: suos habet ubi-
 que Antipodas, in libero aere vel cælo undi-
 que libera, ac pendula. Si quod Jobiano
 huic nihilo competit nomen, erit id ex phi-
 losophia moderna Mathematica, juxta sa-
 pientissimas DEI leges vis Ætheris undique
 ad (c) centrum Terræ gravitativa. Id su-
 beat centrum, qui hoc nihilum quærit.

II.

(c) Ita sane est. In professo enim est apud hodiernos
 philosophos omne, quod in terra cognoscitur, suam
 habere gravitatem, omne autem, quod gravitatem
 habet, tendere natura sua ad terræ centrum, hoc por-
 ro terræ centrum ab omni latere ambiri globi terra-
 que partibus. Neque ulla dari aut excogitari potest
 ratio, cur hic terræ globus, tantæ gravitatis moles,
 in medio aere liquidissimus firmiter compactus hæ-
 reat, nisi illa, quod cum omnia ad centrum suum
 tendant, illud ab omni parte a terræ partibus cin-
 gatur, atque ita terram firmissime inter se cohaerere
 oporteat. Centrum itaque terræ totam sustinet,
 compingit, conjungit terræ molem. Illud autem
 centrum nihil aliud est, quam punctum, punctum au-
 tem nullas habet partes, quod Mathematicorum

καυδης

JO. CHRISTIANI BIEL,

Brunsvicensis,

DE

PURPURA LYDIA

ad illustrandum locum

Act. XVI, 14.

DISSERTATIO.

ARGUMENTUM.

Camerarii & Grotii sententia, quod nomen purpurariz Thyatirensis, *Lydia*, fuerit nomen gentilitium, approbatur, quia Thyatira Lydiæ urbs, & purpuræ tingendæ artificium a Lydis eorumque foeminis non fuit alienum. Posteriolem rationem hic declaratum

iri.

παιδες norunt, quale exemplum in rebus materialibus nullum datur; quod autem nullas partes habet, reapse est ens rationis, est NIHIL. Terra itaque, quæ pendet a centro suo, pendet a NIHILO. Id quod hic Jobus testatur. Quis non heic admiretur potentissimi Creatoris stupendam cum sapientiam, tum potentiam, tanti ponderis machinam suspendentis a NIHILO? at quis non pariter Jobum miretur, de hac re ita differentem, ac si subtilissimis nostrae ætatis Mathematicorum præceptis, institutisque fuisset imbutus? Neque hæc hodie aut nudius tertius nata est hujus loci explicatio, sed ea jam pridem Job. Mercero & Joh. Piscatoris suboluit, qui eam R. Levi Gersonis filio debent. T. d. H.

iri. §. I. Declaratur vestibus puniceis Sardianicis, Dalechampius notatur. Ποινικας, *indumenta punicea*. §. II. Vestes puniceas, & fortasse tapetes etiam ejusdem coloris, Sardibus confectos esse, ulterius ostenditur, Virorum doctorum emendationes quædam Hesychie, & Aristophanis firmatæ; quorum posterior etiam illustratus. Scholiastes ejusdem notatus. Ortelii correctio loci Varronis apud Nonium Marcellum stabilita. §. III. IV. Casauboni & Nurre sententia de tinctura Sardiniaca rejicitur. §. V. Argumenta Palmerii pro tinctura Sardiniaca a Nurre exceptionibus vindicantur. Sardinia Græcis parva nota. Tyrrenos Lydorum esse coloniam, indubium vocatur. §. VI. Rationes Nurre pro tinctura Sardiniaca examinantur, & confutantur. Leges Codicis Theodosiani de Murilegulis ad Hydruntinos commode referri posse, ostenditur. §. VII. Argumentum Nurre contra purpuram Lydiam exigui momenti esse, monstratur. Lydia a mari non longe disita, imo fines ejus ad mare aliquando pertingentes. Non ex conchis tantum, sed & floribus ac herbis purpureus color paratus. Inde & Lydorum purpura. §. VIII. Ebur etiam olim in Lydia purpura tinctum, & a fœminis quidem, quæ alias & texendi arte clarissimæ. §. IX. Conclusio de purpuræ tingendæ artificio Lucae adhuc tempore in Lydia vigente, & nomine Lydiæ ratione. §. X.

Aët. XVI, 14.

Καὶ τις γυνή, ὀνόματι Λυδία, πορφύρα πωλίσ, πόλει ὁ
Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν, ἤκουεν.

Et mulier quedam, nomine Lydia, purpuræ venditrix, ex urbe Thyatirorum, colens Deum, audiebat.

§. I,

§. I.

Admodum probabilis mihi visa est Virorum eruditissimorum, *Joachimi Camerarii*, & *Hugonis Grotii* sententia, quod nomen *Lydia*, quo purpuraria illa apud Philippenses nuncupata est, non proprium sed gentile fuerit, & ipsa a solo natali eo sit appellata. Namque non solum urbs *Thyatira*, ex qua *Lucas* illam oriundam indicat, *Stephano Byzantino*, quod *Grotius* observat, *Lydiæ* adscribitur, & quod addo, *Ptolomæo Lib. V. c. 2. metropolis Lydiæ* vocatur, sed etiam purpuram, quam vendebat, ejusque tingendæ artem a *Lydis*, eorumque fœminis, non alienam fuisse reperimus. Et hoc est, quod ad illustrandum huncce sacri Historici locum, ostendere jam annitar. Eoque non ingratum me elegantiorum literarum studio-
sis facturum, spero, quod non modo Interpretes ad h. l. quos mihi quidem evolvere licuit, nihil plane eam in rem observaverint, sed præterea magnus *Bochartus*, aliique, qui de purpura ejusque varietate scripserunt, laudati *Zimmermanno Florileg. Philol. Hist. p. 657. Lydorum purpuram sicco, quod ajunt, pede præterierint.*

§. II.

Lydos itaque purpuræ tingendæ artem exercuisse, patet ex vestimentis puniceis *Sardianicis*, a *Sardibus*, *Lydiæ* urbe, dictis, & monu-

monumentis veterum haud parum celebratis.
Sic enim *Plato*, Comicus vetustus apud *Athenaeum* Lib. II. p. 24.

καὶ τ' ἐν κλ'ναῖς ἐλεφανλέποσι, καὶ σρώμασι πορφυροβαίτοις,

καὶν φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι κοσμησάμενοι! καὶ ἀκείνοι.

Et deinceps in lectis eburneis fultis pedibus, & stragulis purpura tinctis,

Et INDUMENTIS COCCINEIS SARDIANICIS ornati discumbunt.

Dalechampus verba φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι, vertit, ostro Sardonio, sed cum ostrum proprie dicitur de purpura ex concha marina parata, tinctura autem Sardonica proprie sic dicta purpura non fuisse videatur, ut infra §. 8. clarius patebit, vertere malui, *indumentis puniceis Sardoniacis*; quo sensu & alias φοινικίδες apud scriptores Græcos veniunt. *Xenophon* de Rep. Lac. p. 668. Ἐἰς γὰρ μὲν τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀγῶνα τοιαύτ' ἐμπηχυνήτατο, σολῆν μὲν ἔχειν ΦΟΙΝΙΚΙΑΔΑ, καὶ χαλκὴν ἀσπίδα. *In armorum autem certamen talia quedam (Lycurgus) molitus est. Voluit enim, STOLAM PUNICEAM habere, & clypeum æneum. Plutarchus* de Rep. Lac. p. 238. de iisdem Lacedæmoniis: Ἐν τοῖς πολέμοις ΦΟΙΝΙΚΙΣΙΝ ἔχουσιν. *PUNICEIS INDUMENTIS in bellis utebantur. Vide & Ælianum* VI, 6. Var. Hist. & locum *Aristophanis* paulo post adductum, Quod vero apud *Xenophontem, Plutarchum, Ælianum, Aristot.*

Aristophanem Φοινικίδας recte exponantur, *indumenta punicea*, firmat *Valerius Maximus*; eadem *puniceas tunicas* Lib. II. c. 6. appellans. *Ad disimulandum*, inquit, *& occultandum vulnerum suorum cruorem*, PUNICEIS in prelio TUNICIS (Lacedæmonii) utebantur. Similiter tunica illa ruffa, quam Romani in prætorii fastigio extendebant in hasta, ut miles eo signo ad prælium se pararet, *Plutarcho* in *Philop.* aliisque Φοινικίς dicta, eidem *Plutarcho* in *Bruto* Φοινικῆς χιτῶν, *punicea tunica*, & in *Fabio*, χιτῶν κόκκινῃ, *tunica coccinea* (quæ eadem cum *punicea*) redditur. Loca ejus, quamvis alio scopo adducta vide apud *Lipsum* de *Milit. Rom.* Lib. IV. c. 12. De eadem *Isidorus*: *Ruffata*, quam *Græci* PHOENICEAM vocant, nes *coccineam*. Inde ergo & in loco *Platonis* *Comici* Φοινικίδας *indumenta punicea* exposui.

§. III.

Talia vero Sardibus confecta esse, discimus etiam ex *Aristophane* in *Pace* p. 478. ubi ita:

καὶ ἄρα γίνονται παχὺς

μάλλον, ἢ θεοῖσιν ἐχθρὸν ταξίαρχον προσβλέπων

Τρεῖς λόφους ἔχοντα, καὶ ΦΟΙΝΙΚΙΑΔ' ὀξείαν πάνυ

*Ὦν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάλμμα ΣΑΡΔΙΑΝΙΚΟΝ.

Et deinde sic crassus

Magis, quam si diis inimicum ducem aspiciam

Class. II. Fasc. III,

Dd

Tres

*Tres galeae cristas habentem, & PUNICEUM
INDUMENTUM valde acutum,*

Quod ille ait esse tincturam SARDIANICAM.

*Scholias tes ibi: Φοινικίδα, περικεφαλαιάν Φοι-
νικῶν χρώματι βαβαμμένην. Ὅι δέ, κόκκινα περι-
βλήματα. Ταῖς γὰρ Φοινικίσιν ἐχρῶντο Λακε-
δαιμόνιοι, ἵνα μὴ αἰσθάνωνται τῆ αἵματι. Δὲ
τὴν ὁμοιότητα, καὶ ἵνα τρωσθέντες μὴ νοηθῶσι τοῖς
πολεμίοις. Φοινικίδα, galeam puniceo colore
tinctam. Alii vero exponunt punicea indumenta,
Puniceis enim indumentis utebantur Lacedemo-
nii, ne sentirent sanguinem ob similitudinem, &
ne hostes perciperent, si vulnerati essent. Ad
eundem locum respiciens Hesychius: Βάμμα
Σαρδαιανικόν, τὸ Φοινικῶν. διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν
Σάρδεσι βάμματα. Tinctura Sardonica pu-
nicea. Præstantes enimerant Sardibus tincturæ.
Ita enim scripsisse Grammaticum pro Σαρδα-
νικόν, ut est in Hagenoensi editione, vel, ut in
Schreveliana legitur, Σαρδαιανικόν, vel etiam
ut alii reponunt, Σαρδινικόν, nullum est
dubium, cum a Sardibus tincturam illam di-
ctam innuat; a Sardibus autem nomen κτη-
νικόν fit Σαρδαιανικόν, docente Stephano By-
zantino in Σάρδεις. Hinc bene etiam lectio-
nem illam tuentur Viri eruditionis gloria il-
lustres, Palmerius Exerc. ad Aut. Græc. p. 720.
Spanhemius de Us. & Præst. Num. p. 283.
& Salmassus not. ad Hesych. Ejusdem tin-
cturæ Aristophanes quoque mentionem facit
Acharn. p. 266.*

Ἄγε δὴ σὺ Φερίσον ἐμοὶ σαφῶς πρὸς τυτόν;

Ἴνα μὴ σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν.

Age, dic mihi veritatem de illo,

Ne te tingam tinctura Sardinica.

i. e. nisi dixeris veritatem, ita te percutiam, ut cruore sanguinis penitus ruber, tinctura quasi Sardinica infectus videaris. Conf. ad h. l. Aristoph. in Acharn. p. 275. ubi καταξάινειν πινὰ εἰς φοινικίδα, *carminare aliquem in vestem puniceam*, eodem sensu dicitur, quo h. l. βάπτειν πινὰ βάμμα Σαρδιανικόν. Ita autem legendum esse pro βάμμα Σαρδιανικόν, ut habent ibi Codices, probavit Doctissimus Palmerius l. c. Ita etiam legitur apud Scholiastem in editione, qua utor, Basileæ in officina Frobeniana Anno 1547. impressa; quamvis ille nesciens, quod Σαρδιανικόν sit nomen κτητικόν a Sardibus, vel saltem non attendens, anceps hæreat, an a Sardinia insula, an a Sardibus, Lydiae urbe, tinctura illa denominata sit. En verba: Βάμμα Σαρδιανικόν, ἀντὶ τῆ ἐρυθρόν, φοινικῶν. Σαρδῶ γὰρ νῆσός ἐστι τῶν ἐπὶ τῆ σαδίας ἐξήκοντα κύβηθι διέχουσα, ἐν ταύτῃ δὲ γίνονται πορφύραι διάφοραι καὶ ἄξυταται. ἢ ὅτι εἰς τὴν Σαρδῶ τῆς Λυδίας πύρρ' ἔβάμμαλα γίνονται. Βάμμα Σαρδιανικόν, pro tinctura rubra, punicea. Sardo enim insula una est ex septem, que stadiis sexaginta distat a Cyro. In hac vero nascuntur purpuree prestantes, & acutissime. Vel quod Sardibus Lydiae rubra tincturae sunt. Unde & apud Suidam, qui Scholiastem illum

exscripsit, in Βάμμα Κυζικηνόν, legitur Βάμμα
 Σαρδιανικόν, eamque lectionem amplectitur
 Cl. Kusterus not. ad h. l. *Palmerii* autem argu-
 mentis pro eadem lectione adhuc addi potest
 non solum *Platonis* Comici locus de Φοινικίαις
 Σαρδιανικαῖσι, supra §. 2. a me adductus, sed
 etiam *Eliani* Hist. Anim. IV, 46. ubi pariter
 Σαρδιανικῶν sc. βαμμάτων vel φοινικίδων men-
 tionem facit. Cum enim ibi retulisset, quod
 Indi ex animalibus quibusdam, cantharis
 similibus, puniceas vestes tingerent, & hu-
 jusmodi aliquam Persarum Regi mitterent,
 addit: 'Ευειδὲς τῆς ἐσθήτης δοκεῖ θαυμασόν, καὶ
 ἀνπερομένη γὰρ τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις κρητῆ
 καὶ πολὺ, καὶ ἐκπλήττει, ὡς Φησι Κτησίαι ἐπὶ
 καὶ τῶν ἀδομένων τῶν ΣΑΡΔΙΑΝΙΚΩΝ ὄξυπέρε
 τέ ἐσι καὶ τηλαυγέερε. Pulchritudo vestis vi-
 detur mirabilis, & comparata cum patriis Per-
 sarum vestibus longe illis est præstantior, & stu-
 porem affert, auctore Ctesia; siquidem & cele-
 bribus illis SARDIANICIS floridior est atque
 splendidior. Imo addi etiam potest, quod
Pausanias Lib. X. c. 17. memorabilia Sardi-
 niæ ex instituto diligentius enarrans, pur-
 puræ Sardiniaæ nullam plane mentionem
 faciat, & contra *Homerus*, atque *Achilles Ta-
 tius* Lydiæ purpuræ pariter meminerint. Lo-
 ca eorum. §. 9. videbimus.

§. IV.

Ex his ergo de tinctura Lydorum Sardia-
 nica, & vestimentis ea infectis quivis facile
 erit

erit persuasus. Eadem & tapetes Sardiani
 tincti, & propterea in pretio fuisse videntur.
 De illis *Athenaeus* Lib. XII. p. 253. ubi de Re-
 ge Persarum per Melophorum aulam in-
 cedente: Καὶ διῆει διὰ τῆς τῶν αὐλῆς πεζῶν
 ὑπολισθημένων ΨΙΛΟΤΑΠΙΑΩΝ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ
 ἐφ' ὧν εἶδες ἀπὸ ἐπέβαινε, ἢ βασιλεὺς. Et
*transibat per horum aulam pedibus, substratis TA-
 PETIBUS glabris SARDIANIS, in quibus
 prater Regem nemo incedebat. Et Varro in Her-
 cule Socratico apud Nonium Marcellum, Cubo
 in SARDIANIS TAPETIBUS, inter cbla-
 mydes & purpurea amicula. Sic enim pro
 Sardinianis, recte legit Ortelius Thes. Geogr.
 v. Sardis. Miusque emendatio e loco illo
 Athenai multum firmatur. Nec Athenaeum
 potius e loco Varronis corrigendum esse, sva-
 det, quod quidem Persis cum Lydis, non
 autem cum Sardiniae incolis res olim fuis-
 se, inveniamus. Notum enim ex Herodoto,
 Lydos a Cyro, Persarum Rege, subactos, &
 Sardes expugnatas esse. Sic etiam ΔΑΠΕ
 ΔΑΣ πνᾶς, καὶ ερωμνᾶς πεποικιλμέναις, Σιδο-
 νίας τε καὶ ΛΥΔΙΑΣ ἔργα χειρῶν, tapetes
 quosdam & strata variegata, Sidoniae aequae ac
 LYDIAE manus opera praedicat *Heliodorus* Lib.
 VII. c. 19. p. 398.*

§. V.

Parum ergo sese commendat *Isaaci Cas-
 sauboni*, Critici cetera summi, sententia, qua,
 loco illo *Varronis* adductus, in versibus *Pla-*

Dd 3

conis,

tonis Comici, supra a me allatis, pro Φοινικῶν
 ἄλοι Σαρδιανῶσι legendum censet Φοινικῶν
 Σαρδιανῶσι, & Dalechampium quoque pro
 ostro Sardonio, Sardiniano scripsisse suspi-
 catur: imo pro Βάμμα Σαρδιανόν, Βάμμα
 Σαρδιανόν ex eodem fundamento tuetur.
 Vid. Animadversiones ejus in *Athenæum* Lib.
 II. c. 9. p. 60. Eandem sententiam post
 ipsum ex instituto, & satis quidem speciose
 probare conatus est Vir doctissimus, Jo. Pau-
 lus Nurra, Jctus Carolitanus, & patriæ Ec-
 clesiæ Canonicus, in Dissertatione de Varia
 Lectione Adagii Βάμμα Σαρδιανόν, *Tinctu-
 ra Sardinica*, Florentiæ A. 1708. 4. edita,
 & in *Act. Erud.* A. 1709. p. 126. sqq. recensita.
 Operæ pretium fuerit, breviter illam ad exa-
 men revocare. §. VI.

Initio autem Cl. Nurra argumenta, qui-
 bus Palmerius Βάμμα Σαρδιανόν legendum
 esse probat, evertere annititur, & circa pri-
 mum quidem, quo adserit, tempore *Aristo-
 phanis* parum commercii fuisse inter Atheni-
 enses & Sardinia incolas, multum vero inter
 Lydos, ceterosque Asiaticos & Græcos
 omnes, præcipue Atticos, monet, antiquo-
 rum auctoritate destitui Palmerium. Sed
 non omni illum auctoritate destitui, existi-
 mo. Græcis enim Sardiniam parum fuisse
 notam, ex eo probat magnus *Bochartus* Chan.
 Lib. I. c. 31. sub fin. quod non solum *Scylax*
 in capite de magnitudine insularum, sed et-
 iam

iam apud *Herodotum Bias*, & *Histiaus*, Sardiniam Sicilia majorem fecerint. Cujus observationibus addo, quod *Pausanias* etiam Lib. X. c. 17. sub fin. rationem reddens, cur Sardiniae historiam suo de Phocensium rebus commentario inseruerit, diserte scribat, quod parum adhuc Graeci de insula illa audiverint. Τὸν μὲν διγγε, inquit, τῆς Σαρδῶν λόγον ἐπεισηγαγόμεθα εἰς τὴν Φωκίδα συγγραφήν, ὅτι ἔχῃσι καὶ ἐς ταύτην οἱ Ἕλληες τὴν νῆσον ἀνηκόως εἶχον. *Ac Sardiniae quidem historiam huic de Phocensium rebus commentario inseruimus, quod per exigua adhuc ad Graecos ejus insulae notitia pervenerit.* Si ergo exigua ejus insulae notitia ad Graecos pervenit, sequitur, quod parum etiam commercii inter Graecos, atque adeo Athenienses quoque & Sardiniae incolas fuerit. Et quamvis Cl. *Nurra* ad *Pausaniam* provocet, narrantem, quod ante Trojana tempora colonia in Sardiniam e Thespiensibus & terra Attica deducta sit, notum tamen, quod illam expeditionem haut praeter rationem pro fabulosa habeant doctissimus *Cluverus* Sardin. Antiqu. cap. I. §. 3, & laudatus *Bockartus* l. c. Neque nomina Sardiniae; *Ichnusa* & *Sandaliotes*, & urbium ejus, *Caralis*, *Olbia*, *Neapolis*, *Heraclea*, *Thespia*, quae tanquam Graeca ad confirmandam eandem expeditionem Cl. *Nurra* allegat, firmum satis argumentum illi suppeditant. Primo enim nomina illa non omnia sunt Graeca. Nam *Caralim* Phoenicibus a refrigeratione dictam, D d 4 propter

propter collem ibi vicinum, docet. *Bochart* l.c. qui etiam *Olbia* nomen a Phoenicibus originem trahere, suspicatur. Deinde, quæ revera sunt *Sardinia*, & urbium ejus, nomina *Græca*, a *Coloniis Græcorum* in *Siciliam* & *Italiam* deductis, & inde, ut videtur, ulterius *Sardiniam* aliquando excurrentibus proficisci potuerunt. Ad alterum vero *Palmerii* argumentum e *Plinii* H. N. VII, 56. ubi *purpuræ tingendæ artificium Lydis Sardes habitantibus tribuere videtur*, respondet *Cl. Nurra*, quod *Tyrrheni*, iidem cum *Lydis*, colonias in *Sardiniam* miserint, atque inde enatum suspicatur, ut *Plinius*, cujus suspectam hic fidem facit, *Lydis Sardes habitantibus tribuerit*, quæ *Lydis* vel *Tyrrhenis*, *Sardiniam incolentibus*, tribuere, debuisset. Sed, ut ut plerique veterum *Tyrrhenos Lydorum esse coloniam* referunt, tamen indubium illorum adsertum vocat *Dionysius Halicarnassæus* Ant. Rom. Lib. I, p. 22. Verba ejus, cum paulo prolixiora sint, Latine saltem adscribam. Etenim quidam dixerunt, inquit, *Tyrrhenum, Herculis filium, natum ex Lyda Omphale: hunc vero delatum in Italiam, expulisse Pelasgos e suis urbibus, non omnibus, sed Transiberinis, ad septentriones spectantibus. Alii vero Telephi filium Tyrrhenum esse declarant, & venisse post Trojam captam in Italiam. At Xanthus Lydius, historiae antiquæ, si quis alius, peritus, patriæ vero etiam autor nemine inferior ha-*
ben.

bendus, neque Tyrrbenum usquam in suis scriptis Lydorum principem nominat, neque ullam scit Meonum (ita Lydi olim dicti) in Italiam deductam coloniam, aut Tyrrbenia tanquam Lydorum colonia meminit; cum tamen alia leviora memoret. Atyos autem fuisse filios dicit Lydum & Torybum. Hos post divisum paternum imperium ambos mansisse in Asia, eisque gentibus, quibus praeferunt, denominationes impositas indicat his verbis: A Lydo descendunt Lydi, a Torybo Torybi. Sic etiam aliquoties laudatus, & in explorandis gentium originibus diligentissimus Borchartus Can. Lib. I. c. 33. p. 645. cum Dionysio Halicarnasseo, quem acerrimi iudicii virum appellat, iis assentitur, qui Tyrrhenos gentem putant esse indigenam, cum illos, observante Dionysio, nec lingua nec moribus cum ulla alia gente convenire, compertum sit. At si concedamus etiam, quod Tyrrheni Lydorum colonia sint, tamen, quod Plinii, Lydis Sardes habitantibus tingendae purpurae artificium tribuere visi, suspecta fides sit, mera manet conjectura. Eique diruendae illa, quae supra de Sardinica Lydorum tinctura stabilivimus, haut parum inserviunt.

§. VII.

Vindicatis Palmerii argumentis pro tinctura Sardinica, videamus rationes, quas deinceps pro Sardinica Doctissimus Nurra in medium affert. Primo ait, quod in Sardiniae ripis thynni, pisces Sardois maris, pur-

pura, auctore *Strabone*, alliciantur. Sed in-
 de saltem probatur, quod purpuræ in Sardinia
 Littoribus inventæ, non autem, quod in Sar-
 dinia ipsa tincturæ purpureæ confectæ sint,
 multo minus, quod tinctura, cujus *Aristo-*
phanes mentionem facit, nomen inde accepe-
 rit. Deinde *Suidam* adducit, Sardinia pur-
 puras in Βάμμα Σαρδινιακόν ut quidem ipse
 legit, ita prædicantem: Νῆσο γὰρ ἐστὶ μέγιστη
 ἢ Σαρδῶ περὶ τῆ Ἰταλίας, ἐν ἣ γίνονται πορφύ-
 ρεσι διάφοροι καὶ ὄξυτάται. *Insula enim maxi-*
ma est Sardinia prope Italiam, in qua purpuræ
nascuntur præstantes, & acutissimæ. Sed illa,
 ut innumera alia apud *Suidam*, e Scholiaste
Aristophanis exscripta esse, supra jam vidimus,
 & observavimus, quod Scholiastes ille non
 pro certo definiat, quod tinctura, cujus *Co-*
micus meminuit, a Sardinia appellata sit, sed
 hæsitet potius, an ab insula illa, an a Sardi-
 bus, *Lydiæ* urbe, derivare illam debeat.
 Adeoque nec inde solidum pro tinctura Sar-
 diniaca argumentum peti potest. Eodem
 modo sese res habet cum iis, quæ porro *Cl.*
Nurra ex *Varrone* apud *Nonium Marcellum* *Sar-*
dinianis, ut vulgo scribitur, tapetis multum
 tribuente, & *Clemente Alexandrino* *Pædag.*
Lib. II. c. 10. Βάμμα ἢ Σαρδινιακῶν mentio-
 nem injiciente, urget. Nam apud *Varronem*
 ex *Athenæo*, *Sardianis* tapetibus, & *Clementem Ale-*
xandrinum Βάμμα Σαρδινιακόν legendum esse,
 vel hunc etiam de tinctura illa errasse, pariter
 ex

ex supra observatis manifestum. Neque etiam buccinæ nomen, quo vel ipsam Sardiniam, vel insulam, proxime adjacentem, insignitam Cl. *Nurra* existimat, quodque a buccinis, ibi petris frequentius hærentibus, illam nancisci potuisse conjicit, & exinde novum opinioni suæ fundamentum addit, nobis persuadet, ut probatam antea de tinctura Sardinica electionem deseramus. Ex eo enim rursus nihil aliud conficitur, quam, quod buccina, concharum, unde purpura tingebatur, genus ibi reperta sint. Ulterius sententiæ suæ præsidium petit e Legibus *Codicis Theodosiani* L. 10. tit. 20. de Murilegulis, easque minus ad Lydos referri posse, sed ad conchylegulos Sardinia pertinerere, arbitratur. At, licet ipse facile credam, quod leges illæ Lydos minime spectaverint, veri tamen similis quoque puto, quod ad Italia incolas pertinuerint. Nam in ejus littoribus quibusdam conchylegulos repertos fuisse, Tarentina æque ac Hydruntina purpura, a Tarento & Hydrunto Calabria, sive Græciæ Magnæ, urbibus appellata, testatur. De illa enim ex *Cornelio Nepote* ita *Plinius Hist. Nat.* IX. 39. *Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit: Me, inquit, juvene violacea purpura vigeat, cujus libra denariis centum venibat, nec multo post TARENTINA.* Conf. & quæ ex *Horatii Epist.* 1. Lib. II. observat *Petrus Faber Semestr. L. I. c. 16. p. 94.* Hanc vero multum celebrat *Cassiodorus L. I. Var. Ep. 2.* Cum enim ibi, nomine

Theo-

Theodorici Regis, redargueret Theonem, vestis regiae Comitem, Hydruntinis conchylegulis praefectum, de negligentia & tarditate in purpurea Regis veste adornanda, inter alia ita scribit: *Credimus enim aliquem provenisse neglectum, ut aut crines illi lactei, carneo poculo bis terque Satiati, pulcherrima minus ebrietate rubuerint, aut lana non auxerint adorandi MURICIS pretiosissimam qualitatem. Quapropter si perscrutator HYDRONTINI maris intusa conchyliis solenniter condidisset apto tempore, acervus ille Neptunius, generator florentis semper PURPURAE, ornator solii, aquarum copia resolutus, imbrem aulicum flammeo liquore laxaret. Color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit, dum conspicuum facit: Et praestat humano generi, ne de aspectu Principis possit errari. Et ob singularem purpurae illius praestantiam Hydruntum postea eum Tyro comparat. Eoa Tyrus, inquit, est HYDRON Italica, aulicum profecto vestarium, non antiqua custodiens, sed jugiter novella transmittens. Multosque in conchyliis hujus purpurae legendis, parandis, & vestibus inde tingendis occupatos fuisse, ex eo intelligimus, quod Cassiodorus in eadem Epistola Theonem, ad eo fortius ipsum negligentiae arguendum, ita interrogat: *Quid enim agunt tot artifices, tot nautarum catervae, tot familiae rusticorum? Ubi rusticos Doctissimus Fornerius conchylegulas inter-**

interpretatur, eosque & *mancipia textrini principis* dici *Cod. Theod.* lib. 10. tit. 20. l. 4. l. 5. l. 9. l. 14. l. 15. pen. observat. Utque adeo ille existimasse videatur, quod Leges illæ *Codicis Theodosiani* conchylegulos Hydruntinos respexerint. Et hoc etiam profecto admodum est probabile. Cum enim, Theodoro Gothorum Rege conchyliis in Hydruntino Calabriae littore collecta sint, procul dubio etiam illa tempore Theodosii, uno tantum seculo ante Theodoricum imperantis, ibidem jam quaesita sunt. Nam post Theodosium homines de legendis illis cogitare demum coepisse, turbulentus rerum in Italia status, ex crebris, imo continuis variorum hostium incursionibus ortus, vix nobis persuadet. De Hydruntinis igitur conchylegulis *Laudatae Codicis Theodosiani* leges omnium optime explicari possunt.

§. VIII.

Denique parum abest, quin omnia pro commentis habeat *Cl. Nurra*, quæ de Sardinica (in *Act. Erud.* 1709. p. 189. ubi hæc recensentur, operarum incuria male legitur *Sardiniaca*) vel Lydorum purpura a scriptoribus prædicantur. *Plinio* namque teste cum purpuræ calculosæ sint, a calculo maris, conchyliis apto, dictæ; Lydia autem mediterranea sit regio, quod *Appianus Alexandrinus* & *Strabo* confirmant, ubi ejus mare, Noster inquit, quæras? & in eo purpuras? & artem pur-

purpura tingendi Sardibus debitam? nisi velis cum Poeta nugari Metamorph. L. 14.

- - - *Vidi factas ex equore terras,
Et procul a pelago conchæ jacuere marine.*

Fateor, hoc argumentum primo intuitu magnam habet speciem, attamen, si paulo penitius illud inspiciamus, minime tantam ejus esse vim deprehendimus, ut omnem Lydis purpuram eripiat. Nolo autem, ut ad illud respondeam, dicere, quod Lydia non adeo longe a mari fuerit disita, imo fines ejus, auctore Xenophonte Pæd. Cyr. L. VI. p. 110. (a) ipsum aliquando mare alluerit, & Sardiani in Pactolo omne, qui medium forum in urbe ipsorum, teste Herodoto L. V. c. 101. interfluens, mox Hermo flumini, in mare se exoneranti, immiscetur, e mari etiam purpuras facile petere potuerint; sed hoc non possum non observare, quod non ex concha solummodo vel Tyria, vel Coa, vel Laconica, aliorumque maritimorum locorum, aut etiam Rhodiaca, sed præterea, ad ejus imitationem, floribus & herbis, vacciniis videlicet, alga Cretica, amorge herba, herba purpurea in Abas-

(a) Sic enim ibi Chrysanthes de Lydia: "Ενθα πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ σύκα, πολὺ δὲ ἔλαιον, ΘΑΛΑΤΤΑ δὲ ΠΡΟΣΚΛΥΖει, καθ' ἣν πλείω ἔρχεται, ἢ ὅσα τις ἐώρεκεν ἀγαθὰ.
Ubi multum est vinum, multæ fici, multum oleum, MAREQUE ALLUIT per quod plura advehuntur, quam quotquot quisquam est bona intuitus.

basenis, Ibera ferrugine, flore purpureo ad fontes Hyparchi fluminis, Indica sandice, radicibus item apud Hierapolitas Phrygios, purpureus color, seu puniceus & eximie rubens (hæc enim vulgo apud veteres synonyma) frequenter paratus fit. Videantur omnino Viri summi, *Bochartus Hieroz. P. II. L. IV. c. II. p. 737. 738.* & *Spanhemius de Us. & Præst. Num. Diss. IV. p. 282. 283.* & si dubites, quod purpureus & puniceus atque coccineus color promiscue apud veteres usurpentur, idem *Bochartus c. 10. ejusd. lib. p. 733.* & *Homeri atque Achillis Tatii loca, quæ mox §. 9. adducam, inter se conferantur.* Ejus generis purpuram igitur, improprie ita dictam, & a purpura marina distinctam, & Lydiam illam fuisse, puto. Illique sententiæ multum favet, quod non solum apud Hierapolitas Phrygios, Lydis, quod probe notandum, vicinos, vel inter Phrygiam & Lydiam, ut *Stephanus Byzantinus* loquitur, fitos, facta e radicibus tinctura, coccineam & purpuream æquaverit, ut ill. *Spanhemius l. c. ex Strabone* memorat, sed etiam, quod tincturam Lydorum Sardoniam puniceam vel coccineam coloris fuisse, ex iis, quæ supra §. 2. observavi, manifestum sit.

§. IX.

Nemo igitur, ut spero, tincturam illam, & vestes illas apud Lydos incoctas in dubium amplius vocabit, Præter illas
autem

autem & ebur olim in Lydia purpureo colore
tinctum esse, docet nos Poetarum maximus,
Homerus, de Menelao, a Pandaro vulnerato,
Il. d. v. 140. sq. ita canens:

Ἄυλικά δ' ἔρρεεν αἷμα κελαϊνεφές ἐξ ὠτειλῆς,
Ὡς δ' ὅτε πρὸ τ' ἸΛΑΕΦΑΝΤΑ ΓΥΝΗΨΙ ΦΟΙ-
ΝΙΚΙ ΜΗΝΗ

ΜΗΟΝΙΣ, ἢ κείσεσθ, παρήιον ἐμμεναι ἵππων.
*Statim autem fluxit sanguis ater ex vulnere,
Veluti quando aliqua EBUR MULIER
PUNICEO colore tinxerit*

ΜΑΕΟΝΙΑ, vel Carica, maxillare ornamen-
tum ut sit equorum.

In his *Μηοῦδα*, *Maoniam*, mulierem, denota-
re *Lydiam*, res nota est, & docent *Scholia* ad
h. l. Unde & *Hesychius*: *μηονίς*, *Λυδία*. *Μηονία*
γὰρ ἡ Λυδία. *Μηονίς*, *Lyda*. *Maonia enim Ly-*
dia. Conf. & *Bochart*. *Phal. L. II. c. 12*. Sic-
uti autem *Homerus* ibi atrum sanguinis rubo-
rem, in corpore candido fluentem, cum co-
lore purpureo, quo *Lydorum* fœminæ ebur
tingere solebant, confert, ita, ad ejus procul
dubio imitationem, alii Poetæ ruborem genis
candidis affusum cum eodem solent compa-
rare. *Ovidius* Lib. II, *Am. El. 5. v. 33. sqq.*

*Hoc ego; quæque dolor linguæ dictavit: at illi
Conscia PURPURELLS venit in ora pudor.*

*Quale coloratum Tithoni conjuge cælum
Subrubes, aut sponso visa puella novo.*

*Quale rose fulgent inter sua lilia mistæ:
Aut ubi captatis luna laborat equis.*

*Aut quod, ne longis flavescere possit ab annis,
MÆONIS Assyrium FOEMINA tinxit
EBUR.*

Virgilius Aeneid. L. XII. v. 67. sq.

*Indum SANGUINEO veluti violaverit OSTRO
Si quis EBUR, vel mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa : tales virgo dabat ore colores.*

*Similiter & Achilles Iatius Lib. I. de Clitoph.
& Leucipp. Amor. p. 17. Erant ei quadam cum
jucunditate truces oculi, crines flavi crispique, su-
percilia puro nigrore delibuta, λευκή παρειά, τὸ
λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσεται, καὶ ἐμικεῖτο ΠΟΡ-
ΦΥΡΑΝ, οἷαν εἰς τὸν ΕΛΕΦΑΝΤΑ ΛΥΔΙΑ βαίπτες
ΤΤΝΗ, genæ candidæ, quarum medium rubore
PURPURAM, qua LYDIÆ MULIERES
EBUR insciunt, imitante suffusum erat. Equi-
bus locis simul etiam patet, fœminas præser-
tim Lydorum ebur olim purpura tinxisse.
Et forte eadem etiam vestes, quæ ex Lydia
veniebant, purpureas infecerunt. Saltem
textas illas ab iis fuisse, vero non absimile
est. Nam texendi arte mulieres Lydorum
erant clarissimæ. Sic enim ad ista Dionysii
Perieg. v. 839. sqq. de illis canentis :*

*Ὅν μὰν εἰδὲ γυναῖκας ὀνόσασαί, αἰ ὡεὶ κείνο
Θεῖον ἔδθη, χρυσοῖο καὶ ἰξίθη ἄμμα βαλλῶσαι,
Ὁρχεῦνται, θηητὸν ἐλισσόμεναι ὡεὶ κύκλον,
Ἔυτε Διονύσσοιο χοροσασίας τελέοιεν.
Σὺν καὶ περθευησῶ νεοθηλέες οἵ τε νεβροί,
Σηαίρκοι τῆσιν δὲ ὡεὶ σμαραγεῦντες αἴηται
Ἰμερτῆς δονέτιν ἔπι εἴθεσι χιτῶνας.*

Class. II. Fasc. III.

Ec

*Nē mulieres quidem vituperabis, quæ in illo
Divino solo, aureo per lumbos vinculo cinctæ,
Tripudiant, mirificum se flectentes circum
orbem,*

*Quando Bacchi choreas celebrant.
Simul quoque virgines, recens ablactati velut
binnuli*

*Saltant: quibus circumstrepentes venti
Elegantes agitant in pectoribus vestes;
inter alia eruditissimus Thessalonicensium
Archiepiscopus, Eustathius: Ἐγκαῦθα δὲ ἔ
μόνον ὡς δεξιᾶς χοροποιᾶς ὁ Διονύσιος, ἀλλὰ
καὶ ὡς ἈΓΑΘΑΣ ΤΦΑΙΝΕΙΝ τὰς ΛΥΔΑΣ
ἐπασσῆ. Ibi vero non solum ut choreas agendi
dexteritate, sed etiam **TEXENDI PERITIA**
pollentes Dionysius **LYDORUM FOEMINAS**
laudat. Sed eam in rem illustrior adhuc **A-
ristenari** locus est Lib. I. Ep. 15. p. 77. Σε
δε, ὡ πασσῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν, καὶ κάρει,
καὶ γνώμη, τῆς εὐφρονος ἔπαρηγαγεν εὐβελίας,
ἔχουσα ὄρεμα, καὶ ἐλικτήρες, ἔ πόλεων τὸ πολύπμον,
ἔ πεδέρραιον, ἔ Λυδίος τε καὶ ποδῆρης χιλῶν,
ἔ πορφυρίδες, ἔ θεοσπαιναί τῆς Καρίας, ἔ δὲ
λυδῶν ἰπερφυῶς ἰσχυρῶσαι γυναικες, οἷς ἀπασιν.
αἰτεχνῶς ἀγάπασθαι τὸ θῆλυ πέφυκε γένος.
Te autem, quæ ceteras antecellis mulieres ἔ pul-
cbritudine ἔ sapientia, non dimoverunt pri-
denti, consilio monilia, non inaures, non civita-
tum luxus, non torques, non Lydia ἔ talaris
tunica, non indumenta purpurea, non Carie an-
oilla, non **LYDORUM TEXTRICES EXI-
MIA,***

MIA, quibus omnibus ut plurimum sequior sexus delectari solet. Utque adeo vestes Lydorum puniceas & tapetes non præstantissima minus tinctura, quam artificiosa mulierum textura commendasse videatur.

§. X.

Cum igitur ex hisce omnibus manifestum sit, quod tingendæ purpuræ artificium inter Lydos eorumque sœminas olim viguerit, & *Lucas* sœminam quandam Thyatirensẽm Philippis *πορφύρεωπιον*, *purpurea venditricem*, egisse diserte memoret, inde omnino colligere par est, quod ejus adhuc tempore idem artificium iisdem non ignotum fuerit; imo quod purpurariæ illius nomen, *Lydia*, quo Philippis nuncupata est, non proprium, sed gentilitium extiterit. Cur vero non hoc, sed illo ibi appellata sit, ratio hæc esse videtur, quod, cum primum Philippos venerit, & mercaturam in urbe illa cum purpura sua exercuerit, illa mercibus æque purpureis ac dialecto pro *Lydia* statim muliere fuerit agnita, & ab illis, qui proprium ejus, tanquam peregrinæ, nomen ignorarunt, *Lydia* à gente vocata. Quemadmodum & in patria sœminam aliquam *εωποπάλην*, Hollandia oriundam, non aliter, quam *die Holländerin*, vulgo nuncupari memini.

STEPHANI VITI (a)

Dissertatio, qua divina

R A T I O N I S

auctoritas contra *Ψευδερμηνειαν*

loci 2. COR. X. v. 5.

modeste vindicatur.

A R G U M E N T U M.

INstituti ratio & scopus ostenditur. §. I. II. III. Verus phraseos Paulinae sensus exponitur, ostendendo, cum vocis *νομιαι* significacionem & propriam §. IV. & impropriam, qua vel mentem intelligentem notat §. VI. VII. VIII. vel insidias, callida consilia §. IX. X. XI. tum ex duabus impropriis significacionibus locum hic non esse priori, qua mentem intelligentem notat §. XII. sed posteriori, qua significat artes, fraudes, dolos, machinas, quas Evangelii hostes frustra contra Evangelium moliantur §. XIII. - - XVIII. Exposito autem vero loci Paulini sensu illorum *Ψευδερμηνειαν* refutatur, qui hinc nescio quam rationis captivitate deducere conantur. Quod fit dum explicatur rationis vera natura §. XIX. - - XXIII. auctor §. XXIII. & XXIV. Remotis, quæ extra controversiam posita sunt. Verus controversiæ status expeditur §. XXV. - - XXXII. Adversariorum sententia refutatur. §. XXXII. XXXIII. XXXIV. Objectiones solvantur §. XXXV. & XXXVI. denique concluditur præfens demonstratio. §. XXXVII. & XXXVIII. §. I.

(a) Vide Cl. I. Fasc. V, pag. 661. sqq.

§. I.

QUamvis quo sapientior quisque fuerit, eo etiam præclarius norit, nihil humanæ menti a divina benignitate tribui concedique potuisse aut dignius, aut divinius, si ab una RATIONE discesseris: nunquam tamen non sunt, qui cum pedibus in omnia alia discedant, quam quo ratio ducit, sua maximi interesse existiment, tantum solummodo rationi tribuere, quantum illorum a ratione dissensus ferre posse videtur.

§. II.

Quod qui faciunt cum rationis dignitatem tuenti, & eo quidque a veritate remotius esse ostendenti, quo a ratione longius discesserit, nunquam non illud tanquam Paulinum de ratione captivanda (barbara enim vox barbare sentientibus optime convenit) opponant: operæ pretium esse statui, & ea in præfenti significare, quæ mihi de illustri hoc loco videantur, & ostendere, quam temere labentibus sententiis ex hoc loco præsidium quærunt, quotquot ea sentiunt, quæ tueri ipsi non possunt, nisi sanctissimæ rationis auctoritati imprudenter intercedant.

§. III.

Ne autem prolixior sim, quam meæ demonstrationis modus ferre videtur, nolo hic, quod facile esset, sententiarum divortia de illustri hoc loco colligere, & de singulis, quid

sentiam, aperire: satis vero me fecisse arbitror, si hanc rationis, quam fingunt, captivitatem & a Scriptura, & ab ipsa ratione alienissimam esse ostendero. Id vero ut consequar, duo mihi hoc loco agenda videntur. Ostendendum scilicet primum quis verus sit verborum Pauli sensus: deinde illorum explicatio refutanda, qui ex his verbis, nescio quam, rationis captivitatem exsculpunt.

§. IV.

Ut verum Paulinorum verborum sensum ostendam vox *νοημα* potissimum accuratius spectanda videtur. Descendit vero illa a Græca voce *νοειν*, quod quidem proprie sentire & intelligere notat, improprie autem, quemadmodum Latinorum sentire, judicare, existimare, consilium dare, consilium instituere significat. Ex eo vero consequitur vocem *νοημα* vi originis suæ notare id, quod mens sentit, percipit, cogitat. Solent enim verbalia hujus formæ proprie significare verborum suorum objecta. Sic *οραμα* id quod videt mens significat, *κεσμα* quod judicat, *θεσημα*, quod vult.

§. V.

Quamvis vero voci huic *νοημα* domicilium proprium (ut Ciceronis phrasi utar) in objecto sit mentis sentientis intelligentisque, migrationes tamen etiam in alienum non respuit. Sic metonymice ipsam etiam
men.

calluere manus ea non sentiunt, quæ vehementius etiam illos adficiunt, quibus tene-
riores manus sunt: ita justissimus Deus Ju-
dæorum mentibus eum callum obduxit, ut
Messiæ in carne apparentis, interque Judæos
ipso versantis Majestatem ne sentire quidem
potuerint. Confer. Joh. XII, 40. Quæ egre-
gie illustrantur verbis 2. Cor. IV. v. 4. Ὁ Θεὸς
ἐτυφλώσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς το μὴ ἀνγα-
σθαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης.
Quemadmodum, qui cæcis oculis sunt, ne
solis quidem, cum maxime lucet, splendo-
rem percipere possunt: ita nondum rege-
nitorum mentes tanta cæcitate tantisque te-
nebris justo Dei judicio opplentur, ut nisi
ὑπερβαλὼν illud μέγεθος τῆς δυναμῆος τοῦ θεοῦ,
quod in τοῖς πνεύματιν existat atque apparet,
tantam cæcitatem discussisset, illuminarit-
que, irrogeniti frustra in clarissima Evange-
lii luce versentur, quippe quam ne sentire
quidem possunt.

§. VIII.

Ex his facilis etiam erit explicatio loci
2. Cor. XI, 3. Φοβῆμαι μήπως ὡς ὁ ὄφεις εὐάν-
ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῆς, ἔτω φθάσῃ τὰ
νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἀπλοτητῆς τῆς εἰς τὸν
Χεῖρον. Enæ mens tum olim corrumpebatur,
cum calliditate serpentis seductoris, addu-
cta intellectus mentisque suæ oculos a Dei
suique consideratione ad Serpentis verba,
fractusque vetiti speciem converteret. Ubi
Dei

Dei & sui oblita pessime sibi in fructus huius sumptione verum bonum videre videbatur. Quam falsam veri boni speciem non poterat non & iudicantis mentis perversitas, & volentis pravitas consequi. Ita merito timet Paulus, ne quos ἤρμωσατο ἐνὶ ἀνδραπαρθενοῦ αἰγνήν παρὰ τὴν αἰσθησάσασαι τῶν χειρῶν, falsa veri & boni specie pellecti a fidei simplicitate aberrent.

§. IX.

Maxime vero hoc loco illa vocis νοῦμαι significatio observanda videtur, qua insidias, machinationes, fraudulenta & cum aliorum interitu vel damnis conjuncta consilia notat. Ipsum enim νοεῖν improprie etiam consulere, machinari, moliri aliquid notat. Sic in Stobæi Sermon. XXX. p.m. 96. Φίλει ἢ τῶν πλειοῶν συγκαταθέσις κερτυνεῖν τὰ νοηθέντα. Et illud Herodiani νοησαίτε ὄξυς, τὸ νοηθεῖν ἐπιτελεσάσασαι ταχύς. Eleganter respondet iis, quæ Sallustius de bello Catilinario dicit; Priusquam incipias consulto, & ubi consulueris mature factò opus est. Optime Eustathius ad illud Nestoris in Homer. Ιλ. ι.

Οὐ γὰρ τις νοον αἰδῶν ἀμείνονα τὰ δὲ νοήσει

Οἶον ἐγὼ νοεῖν

notat νοεῖν νοον idem esse, atque quod supra dixit βεβλήν βεβλευέν. Νοον itaque notare ἐνοῖαν καὶ νοήμα. Ipse Poëta quod hoc loco νοεῖν νοον vocat supra ὑφαίνειν μήτιν dixit. Con-

E e s

sule

sule Stephani Thesaurum, qui plura hujus significationis exempla recenset. Sed notare νόημα non consilium tantum in genere, sed in specie malum, & ad fraudem compositum consilium, insidias, machinationes, paucis exemplis, unde quædam accessio Stephani Thesauri fieri possit, ostendam.

§. X.

2. Cor. II, 11. Νοήματα τε Σάλανα notant Satanæ artes callidas, & nefanda consilia ad fallendum, seducendum, perdendum composita. Quæ enim hoc loco νοήματα vocantur ad Ephes. VI, 11. Μεθοδεύει τε Διαβολὴ dicuntur, & Apoc. II, 24. Τα βάθη τε Σάλανα. Sed nec profanis authoribus insolentem esse hanc νοήματι significationem, quæ sequuntur, exempla docebunt. Alcinoüs apud Homerum Odyss. β. v. 127. Nullam εὐπλοῦν μιδῶν Ἀχαιῶν ὁμοίᾳ νοήμασι Πηνελόπειη novisse dicit. Eustathius ad hunc locum pag. m. 1427. lin. 54. rectissime Νοήματα inquit, δε Πηνελόπης λέγει, ἀπερ ἀνώτερω ἐφθ κερδεα. Idem enim supra de eadem

Ἡ τοι περ κερδεα οἶδεν,
Minervamque eodem sensu Penelopæ tribuisse κερδεα, ὡς ἔπω 1. v. ἀκρομῆν ἔδε παλαιῶν novisse. De hac vero voce κερδεα Eustathius, Ὅ ἐστιν ἐπινοῖαι, μηχαναί. Et Scholiastes τα νοήματα καὶ κερδεα explicat per πανεργευσία & supra per δολῆς, πανεργίαν. Quis enim nescit κερδ signi-

figificare, improprie vero & in specie quidem illas artes, fraudesque, quibus lucrum quæritur, in genere autem fallaciarum, fraudumque omne genus. Ipsa *πειθελοπεία* has ipsas artes & *νοήματα*, quibus proci suis imposuit, ignoto adhuc Ulyssi narrans dicit Odyss. τ. v. 137. *Οἱ δὲ γὰρ μὲν σπενδουσιν, ἐγὼ δὲ δολεῖς πολυπευῶ.* & infra.

Νῦν δ' εἴτ' ἐκφυγεῖν δυνάμει γὰρ μὲν εἴτε τινὲς αἰδέην

Μητιν ἐφευλασκῶ

Quid? quod ipse Antinoüs, quæ locis citatis *κερδεα* καὶ *νοήματα* dixit, supra dolum vocavit v. 93.

Ἡ δὲ δολὸν τοῦ δ' αἰδέην ἐνὶ φρεσὶ μερμητίζει.

Στησαμένη μεγάλη ἴσον, ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνε

ἄσπετον καὶ πειμετρον.

Ut igitur *κερδεα*, *νοήματα*, *κερδαλεα* *νοήματα*, *βελή* *κερδαλή*, *ἐρδειν* *ἔργα βία* καὶ *κοῦρα* *φίησι νοοιο*, apud Homerum voces, & phrales synonymæ sint.

Sic *Φίλη* *προφῶ* *Ἐυρύκλεια* *Penelope* de *Telemacho* v. 30. Odyss. ψ.

Τηλεμαχῶ, (ait) δ' αἰεὶ μιν (*Ulysses*) παλαίηδεεν ἐνδον ἔοντα.

Ἄλλα σαοφροσύνησι νοήματα πατὴρ ἔκευθεν,

Ὅφρ' ἀνδρῶν πῶσι βίην ὑπερηνορεόντων.

Ubi Poëta Ulyssis cruentas infidias, quas procorum vitæ & struxit, & perfecit, elegantissime *νοήματα* vocavit.

§. XI.

Neque male Suidas illud Aristophānis
 Το μὴ νοημα της θες per ἐφευρημα, Germanis
 einen listigen Sund/ interpretatur. Sic Baruch
 cap. II. v. 8. Νοημαία της πονηρας καρδιας di-
 cuntur. Insignis potissimum locus, qui que
 nostro plurimum lucis adfundere videtur,
 exstat 3. Maccab. uti plerunque vocant. Ibi
 enim παν το νοημα Regis Philopatoris Ju-
 dæam gentem funditus deleturi τη τε θες
 προνοια. διεσκεδασαι eleganter dicitur. Hoc
 vero νοημα supra ανουσιαν βυλην, μεμηχανημενα
 &c. vocavit auctor. Rex autem dicitur
 της αθεσμης μὴ προθεσεως πολυ δεσφαλμενθ,
 τε δε αμεθειε λογισμης μεγαλως διεψευσμενθ.

§. XII.

Expositis igitur diversis vocis hujus signi-
 ficationibus, restat, ut quam noster locus
 admittat, exponam. Et quidem significa-
 tioni, qua mentem intelligentem notat ex Ca-
 stellionis, Cocceji, aliorumque mente non
 male hic locus esse videtur. Ex quo Pauli-
 norum verborum sensus esset. Evangelii do-
 ctrinam, si veritatem ejus potentissima Spi-
 ritus Sancti virtute excitata mens perspiciat,
 tantum posse in mentem, ut vel invita coga-
 tur assentiri. Quemadmodum enim Lati-
 nis, argumentis capere, cogere, trahere ali-
 quem in sententiam, triumphare de aliqua
 sententia dicitur: ita Græcis αιχμαλωπιζειν
 interdum idem atque convincere significare
 vide-

videtur. Sed ut libere dicam, quæ mihi de hac interpretatione videantur : durior videtur in voce *αἰχμαλωπίζειν* tropus, quam ut facile Evangelio convenire possit. Tantum enim abest, ut quocumque sensu capti vel captivi dici posse videantur, quos salutaris *ἀληθεία* *ἠλευθερώσει*, ut potius nulla major unquam esse possit libertas, quam qua Evangelii Spiritusque Sancti illuminantis virtutem *ἀνεκκλήτω* animi voluptate sequimur. Et licet *το αἰχμαλωπίζειν* interdum convincere significare videatur : cum tamen violentam convictionem, & potius adversarium invitum ad *ἐχεμύθειαν* redigere notet, quam veritatis cognitione sapientiozem reddere; sensum hunc vix admittere locus noster videtur. — Optime Augustinus epist. 238. pag. 654. T. II. edit. Bened. inter convictionem violentam, & salutarem distinguit, quando dicit : „Bonum est homini, ut eum veritas vincat volentem, quia malum est homini, „ut eum veritas vincat nolentem.

§. XIII.

Pace igitur dissentientium hujus Paulinæ phraseos sensus ex eo maxime definiendus mihi videtur, quo *παν νόημα, παν κερδίον, παν δόλον, πᾶσαν μίσην ὑφαινόμενην καὶ τεκταινομένην, πᾶσαν ἀνοσίαν βεβλήν, πάντα ἔργα βίαια κακὰ ῥαφίησι νοσοῖ* instituta atque suscepta contra Evangelii doctrinam notare potest. Ut adeo id sibi voluerit Paulus. **Quemadmodum fideles**

fideles πληροφορία illa, quam Spiritus S. illuminatio in illorum mentibus excitavit tantum potest contra λογισμους καὶ παν ὑψωμας, quæ eleganter Theodoretus Hist. relig. p. m. 803. explicat per εὐγλωττιαν & συλλογισμων παγιδας, ut hæc adversariis ad ἐχεμυθιαν redactis contra Evangelii veritatem nihil valeant: ita precibus, quæ πολλοι ιαχουσι Jacob. V, 16. id impetrant a Deo, ut non tantum non obsint Evangelii incremento, quascunque infidias, quascunque machinas admoveat Satanas, sed potius Evangelii rationibus & commodis serviant, obtemperentque.

§. XIV.

Proprium enim id, atque perpetuum Deo est, iis ipsis tanquam instrumentis uti, quibus quæ ab æterno immutabili consilio destinavit, exequatur, quæ Satanas contra Evangelium molitur, quæque cum ipso Evangelii interitu videri poterant conjunctissima, Plena est exemplorum perpetua & V. & N. T. Ecclesiæ historia. Josephi fratres pessima quæque contra Josephum moliebantur: sed his ipsis insidiis tanquam instrumentis utebatur sapientissimus Deus ad ea perficienda, quæ de Veteris Ecclesiæ fati ab æterno destinavit. Sicque captivæ & quasi in triumpho deducebantur, & in Ecclesiæ Judaicæ emolumentum convertebantur Josephi fratrum insidiæ & machinationes. Quid illustrius esse potest, quid ad confirmanda ea, quæ
hic

hic dicimus, accommodatius, quam Pauli
 conversio, qui ἐμπνεων ἀπειλῆς καὶ φόβου εἰς τὰς
 μαθητὰς τῆς Κυρίας temporis momento ita totus
 commutabatur, ut qui antea omnem animi
 contentionem eo converterit, ut Evangelio
 noceret, non ipse tantum Evangelio obediret,
 sed omnium etiam plurimum ad Evangelii
 confirmationem, incrementumque conferret.

§. XV.

Quod si igitur τὸ ἀιχμαλωπίζειν idem notet,
 quod Hebræorum גָּבַל communiter signifi-
 care solet i. e. ἀλίσκειν: sensus erit, omnes in-
 fidias fraudesque, ex quibus Evangelio in-
 teritus impendere videtur, ita a fidelibus di-
 vina virtute teneri captas atque constrietas,
 ut ne movere quidem se possint, nisi ad ser-
 viendum, obtemperandumque Evangelii
 commodis. Vel si notet captivum ducere,
 id quod triumphantium est, Paulinorum ver-
 borum sensus esse potest, ita triumphare fide-
 les de omnibus hostium difficultatibus, ut
 quæ inimicissima, & perniciosissima videri
 poterant, non tantum non noceant, sed et-
 iam serviant Evangelii incremento. Nec huic
 interpretationi obest, quod hæc ὀπλὰ στρατιῶν
 οὐ σαρκικῶν fidelibus tribuat Paulus, cum quæ
 nostra interpretatio fidelibus vindicat, ea soli
 Deo adscribenda sint. Sed quemadmodum
 fidelibus demonstratio ad conscientiam, rege-
 neratio, justificatio &c. solet tribui, licet hæc
 Deo soli propria atq; eximia sint: ita hoc loco
 iisdem

iisdem: το καθαρειν λογισμους αιχμαλωπιζειν παν νοημα adscribitur, sed improprie i. e. metonymice, cum causæ instrumentali improprie tribuitur, quod proprie soli causæ principali vindicandum.

§. XVI.

Syrus idem nobiscum de illustri hoc loco sensisse videtur, voces enim παν νοημα eleganter reddidit per כל הרעין quæ πασι νοημασι κερδαλεοις respondere videtur. Singulare enim הרעיתא recte observat Buxtorfius in Lexico Chaldaico & Syriaco respondere Hebræo מומה, quod sapius cogitationem scelestam, mala consilia, machinationes fraudulentas notat. Sic Psalm XXI. v. 12. חשבו מומה כל יוכלו. Septuaginta reddunt; διελογισαντο βελην, ην ε μη δυωνται σησαι. & Proverb. cap. XXIV. v. 8. מחשב להרע לו בעל-מומות יקרא. Sapius Chaldaeus & Syrus το νοημα cum astutiam significat per הרעיתא nostrum reddunt. In bonam etiam partem הרעיתא uti νοημα εצה & βελην significat. Sic Eph. I, 11. βελη τα θεληματα αυτα Syrus reddit per הרעיתא דצבינה. Ipsum iterum verbum unde הרעיתא descendit, interdum insidari, machinari notat. Sic Joh. XII, 10. εβηλευσαντο οι αρχιερεις, ισα και τον λαζαρον αποκτειρωσιν interpretatur. Syrus per אתרעין & quæ sequuntur. Idem fere igitur Paulus verbis propositis dicturus videtur, quod Iobus V, 12, 13. Ubi phrases מפר מחשבות ערומים &

& לכהר נמהרה & non male nostrae videntur respondere. תִּשְׁבוּת מַחְשְׁבוֹת & תַּרְעִיתָא τῷ νοημάτι & Syriacæ voci תַּרְעִיתָא qua etiam Syrus ܐܘܨܘܢ apud Jobum translulit; ܐܘܨܘܢ מַחְשְׁבוֹת τῷ παν νοημασ διανοησασ ex 3. Maccabæorum supra alleg. το לוכד denique ἰσχυραλωπίζειν convenire videtur. Elegantissime profecto & plane ex mea mente Chaldæus versum 12. Cap. V. Jobi hac ratione ἀφ' ἑσθ' ἐξ ἑσθ' דבשל מחשבתהון דמצראי דחכימו לא באשא לישראל ולא עבדא אידיהון מלכת הכמתהון: *Qui irritas fecit cogitationes Egyptiorum, qui callide cogitaverunt, ut male facerent Israel, & non est operata manus eorum consilium sapientie sue.*

§. XVII.

Quamvis vero facile feram eos, qui a me in hujus loci expositione discedunt, dummodo nihil admittant, quod vel a ratione, vel a Scriptura Paulique scopo abhorreat: illos tamen nunquam ferre poterò, qui νοημα nostrum per rationem reddunt, existimantque, sequi neminem posse Scripturæ præcepta, nisi inimicitias cum ratione suscipiat, bellumque aperto Marte gerat. Neque enim unquam evincunt vocem νοημα, rationem eo sensu notare, qui in nostra controversia versatur. Et nimirum hypothese suæ servisse mihi Lutherus videtur, cum nostrum locum reddidit per, und nehmen gefangen alle Vernunft unter den Gehorsam Christi.

Si qui igitur Lexicographi adjecere hanc etiam rationis significationem, vel in genere intellexerunt cujusunque generis cogitationes, vel *Ψευδεσμωτικῆς* hujus loci, nulla alia auctoritate adducti, male reliquis vocis *νοημάτων* significationibus hanc etiam rationis addiderunt. Sed licet tam vera, tamque familiaris significatio rationis voci *νοημάτων* esset, quam mihi inusitata falsaque videtur: tamen aut repudiandam esse ejusmodi falso jactatam revelationem divinam, quam intelligere non possis, nisi antea rationem quadrupedem quasi captam teneas atque constrictam, aut quemadmodum Augustinus recte monuit, tropice esse explicanda, si quæ vera revelatio rationi sanæ contraria docere videatur, in præsentia ex ipsa rationis nostræ natura docebo.

§. XIX.

Quod si ad ea attendamus, quæ in nobis ipsi sentimus: intelligemus, rationi nos potissimum ea solere adscribere, quæ ita cognoscimus vera esse, ut ne dissentire quidem possimus. Sic v. g. rationi veritatum mathematicarum cognitio tribuitur. Quod nihil est aliud, quam adfirmare, mentes nostras ita factas esse, ut quoties clare & distincte magnitudinis multitudinisque proprietates intuemur, naturali quadam & nihil minus, quam ab indifferente quodam arbitrio suspensa virtute eo adducamur, ut quo clari-

rius

rius easdem perspicimus, eo etiam lubentius & liberius non possumus non adfirmare. Sic qui Dei, sui que cognitionem accuratorem habet, non potest non rationis auctoritatem sequi, & Deum existere, & amandum esse adfirmare. Sic ratio nos docere dicitur, unum esse solem, qui proprie ita dicitur. Eadem etiam nos docet, salva & Dei & corporum natura binos esse posse soles, si binos esse is voluisset, qui unum tantum voluit. Sola etiam ratio esse potest, quæ Sacram Scripturam *θεογνωστον* esse nos edoceat. Ratio igitur proprie dicta ad omnium veritatum cognitionem se extendit, cui-cunque eam auctori referamus acceptam. „Omne verum, ut Augustini verbis utar, ab „illo est, qui ait, ego sum veritas. Sed aliæ veritates sunt, quas ab ipso immediate idearum innatarum ope accipimus, alias ope sensuum, alias ex speciali revelatione discimus. Una vero ratio circa omnes versatur cognoscendas, dijudicandasque.

§. XIX.

Quod vero probe notandum, rationis nulla videtur vis in iis, quæ, licet recte cognita certissimæ evidentix sint, vel penitus ignorantur, vel non clare & distincte cognoscuntur. Sic solos illos ratio proprie loquendo docet, tres angulos cujuscunque trianguli esse æquales duobus rectis, qui hanc ipsam veritatem, illiusque demonstrationem ma-

thematicam norunt, intuenturque præsentem. Reliquos, qui demonstrationis hujus ignari sunt, & vel primum hanc certissimam veritatem audiunt, vel non recte cognoscunt, ratio hanc veritatem docere non dicitur. Sic nec Atheos ratio Deum esse docet, nisi Dei, mundi & suam ipsorum naturam ita clare, & distincte intueantur, ut negare amplius divinam existentiam non possint.

§. XX.

Ex quibus recte me colligere posse puto, rationem proprie dictam, nihil aliud esse quam illum naturalem & essentialem intellectum inter & judicandi facultatem nexum, quo fieri non potest, quin, quoties clare & distincte cognita intuemur, recte etiam & pro ipsa rei recte cognitæ natura judicemus arbitremurque. Ipsa ratio vocis rationis docet, rationem ad eam proprie facultatem referendam esse, qua remur, judicamusque. Quid aliud ratio, qua brutis animantibus præstare nos clementissimus creator voluit, si ab ea facultate discesseris, qua res intueri & cognoscere, deque cognitis judicare possumus? Itaque nemo facile veterum ita rationem definitivisse videtur, ut ipsi rationi fuisse satis existimari possit. Hinc Augustinus, qui patrum & Theologorum tantum non omnium φιλοσοφωτατος cum fuerit, plus hoc in genere, quam reliqui fere omnes vidisse

vidisse videtur, de ordine Lib. II. cap. XI.
 „§. 20. p. 255. T. I. non male, quid sit, in-
 „quit, ipsa ratio, & qualis sit, nisi per pauci
 „prorsus ignorant. Ipse vero divinus pater
 „ibidem; Ratio, rectissime & plane ex mea
 „mente, inquit, est mentis motio ea, quæ di-
 „scuntur, distinguendi, & connectendi po-
 „tens, & cap. 18. §. 48. p. 260. Ego quodam
 „motu interiore & occulto ea, quæ discenda
 „sunt, possum discernere, & connectere, &
 „hæc vis mea ratio vocatur. Ubi eleganter
 Augustinus vocem motionis & motus adhi-
 bet. Cum enim in judicandi facultate æque
 libera sit nostræ mentis motio atque determi-
 natio circa verum & falsum, atque in volun-
 tate strictè sic dicta circa bonum & malum:
 illi rectissime sentire mihi videntur, qui ju-
 dicandi facultatem ad voluntatem referen-
 dam censent.

§. XXI.

In recentioribus in definienda ratione re-
 liquis palmam præripuisse Cartesius videtur,
 qui paucissimis veram rationis naturam §. 1.
 de methodo complexus est, quando eam
 „vim, dicit esse, incorrupte judicandi, & ve-
 „rum a falso distinguendi. Illustris Leibni-
 tius, in cujus scriptis nescias utrum ingenii
 eruditionisque profunditatem magis admi-
 reris suspiciasque, an conjunctam cum ma-
 xima facilitate summam humanitatem Theo-
 „dic. suæ pag. 2. rationem describit per En-

„chainement des verités, mais particuliere-
 „ment (lors qu'elle est comparée avec la Foy)
 „de celles ou l' Esprit humain peut atteindre
 „naturellement sans estre aidé des lumieres
 „de la foy. Eicet vero non diffitear ipsam
 illam concatenationem veritatum frequenter
 rationem solere vocari, maxime cum fidei op-
 ponitur, & hoc adeo sensu facile admitti
 posse Leibnitzianam definitionem: defini-
 endæ tamen rationi proprie dictæ, quæ ma-
 xime in hoc argumento attendenda est, non
 sufficere videntur Leibnitzii verba.

§. XXII.

Una enim eademque ratio est, quæ potest
 discernere, ut cum Augustino loquar, & con-
 nectere quæcumque discit, sive ex ideis inna-
 tis, sive ex sensibus, sive ex humana, divina-
 ve auctoritate. Non igitur veritatem con-
 catenatio sive in genere spectetur, sive cum
 fidei veritatibus comparetur, tam rationem
 ipsam constituere mihi videtur, quam ratio-
 nis objectum. Quemadmodum igitur ma-
 le, me iudice, quis concatenationem earum
 veritatum, quas Scriptura tradit, vel quas
 ope sensuum & auctoritatis humanæ recte
 cognoscimus, rationem nuncuparet: ita nec
 mihi veritates innatæ proprie dicta ratio vi-
 dentur, sed cognitionis rationisque nostræ
 objectum, & respectu aliarum etiam verita-
 tum, quas ratio nostra cognoscit & dijudicat,
 fundamentum. Solet quidem ratio plerum-
 que

que etiam notare & ipsam mentem, in qua ratio est, & veritates innatas, & cognitionem veritatum, quas extra Scripturam discimus. Sed cum tropicæ hæc sint significationes, cumque harum cum propria significatione confusio omnem, quæ in hoc argumento est, peperisse mihi videatur difficultatem; in difficili ejusmodi argumento non tam peregrinarum significationum, quam propriæ rationem habendam arbitror.

§. XXIII.

Ex his vero quis non videt necessario consequi rationis a nobis descriptæ i. e. nexus illius inter rerum cognitionem, dijudicationemque, qui menti naturalis est, non esse posse auctorem, nisi qui ipsius mentis auctor est. Unde enim, quæso illud in nostra mente est, quod Hierocle gravissimo teste aurei in aurea Pyth. carm. comment. pag. 158. edit. Needh. Ὁ δικοθεν λογισμὸς αὐτὸς ἑαυτὸ κα-
 ,,τακτεῖν ἀναγκὴν ἔχει. Non potest non ne-
 ,,cessario sibi auscultare, quæ intus est ratio?
 Quod Cicero elegantissimis verbis jam ante Hieroclem complexus est, quando Academicarum quæst. L. V. ,,Ut, inquit, necesse est
 ,,lancem in libra ponderibus impositis depri-
 ,,mi, sic animum perspicuis cedere - -
 ,,non potest objectam rem perspicuam non
 ,,approbare? Quibus convenit, quod doctis-
 simus Leibnitzius Theod. pag. 163. verissime
 adfirmat, quando docet, humanam mentem

esse une espece d'automate spirituel? Unde ille motus interior & occultus, qui Augustino dicitur, cui resistere nemini integrum est? Aut nihil profecto sentire possum, aut in hoc ipso facultatum nostrarum nexu gravissimum existentis Dei, cujus soli, quicquid in hoc perfectionis est, tribuendum auctori sit, argumentum deprehendo. In quascunque enim te partes verteris, nullam aliam hujus nexus rationem deprehendes, quam ex Dei voluntate, qua nostras mentes ita ad sui imaginem conditas voluit, ut quemadmodum ipse sua natura nequit aliter judicare de se, & reliquis rebus omnibus, quam quales esse perfectissime cognoscit, ita etiam nos vi nostrae naturae non possimus enim recte judicare de rebus recte cognitis.

§. XXIV.

Hinc quamvis Philosophi de reliquis rebus in tanta varietate, tantaque dissensione constituti sint, ut molestum & tantum non impossibile sit sententiarum, quibus alii ab aliis discederent, divortia numerare: in ratione tamen soli Deo Auctori tribuenda tam conspirantem & pene conflatum consensum profitentur, ut magno argumento esse debeat, tantam animorum sententiarumque consensionem non ex hominum instituto, sed ab ipsa ratione, rationisque auctore Deo esse profectam. Ex quo quis non videt cum philosophos & patres omnes tum maxime vere

Deo nostrum Augustinum „nihil esse ratio-
 „ne potentius, nihil infallibilius, nihil in-
 „commutabilius, nihil denique divinius
 „rectissime adfirmasse. Hinc εὐοικον Θεοῦ
 rationem nostram elegantissime Hierocles
 dixit, & Phocylides Νῆθ. v. 121. rationis
 præceptis Θεοπροβουσιαν rectissime tribuit. Et
 Manilius Astronom. Lib. II. optime ne-
 gat „rationem unquam decipi posse, aut deci-
 pere. Adde his præter infinita alia elegan-
 tissimum ex Ciceronis de Republ. L. III.
 fragmentum, quod Lactantio divin. instit.
 L. VI. cap. 8. debemus. Hinc nemo erit, qui
 non facile illos excusaverit, qui tanta ratio-
 nis dignitate, & divinitate adducti ratio-
 nem ipsum Deum dixere, cum nullum præ-
 sentius Dei vestigium esse possit, si ab hoc
 vere divino mentis nostræ facultatum nexu
 discesseris.

§. XXV.

Ex iis vero, quæ hæctenus dicta a me sunt,
 facile est nostræ controversiæ de ratione
 captivanda modum definire. Non enim
 me iudice quæri potest, utrum ratio propriè
 dicta, quam hæctenus plus satis me expo-
 suisse puto, captivanda, ut barbære loquun-
 tur, vinculisque coercenda sit. Idem enim
 hoc esset, ac si quæreres, utrum compescen-
 da sit illa naturalis mentis nostræ vis, qua
 & cognoscere res, & cognitæ discernere pos-
 sumus. Hoc vero pacto nec cognosci, nec

dijudicari, nec credi ea possent, quæ a Scriptura ad nostram salutem traduntur. Quid? quod captivare hoc modo rationem non esset aliud, quam hominem, in bestiam, truncumque convertere. Quid enim est, si a sola ratione discesseris, qua re brutis animantibus præstemus? Idem profecto esset, quemadmodum ille monuit, ac si doceres oculos esse eruendos eo consilio, ut tanto clarius distinctiusque possis cernere.

§. XXVI.

Quandoquidem ergo nemo ita omnem odisse rationem potest, ut hoc proprio sensu unquam captivandam rationem existimare possit: id jam agendum nobis est, ut ostendamus, utrum improprie illa & Metonymice dicta ratio, quæ veritates significat, quas mens ratione recte usâ sine revelatione clare & distincte cognoscere, & de cognitis judicare potest, carceribus interdum vinculisque constringenda sit, dum in cognoscendis fidei nostræ præceptis versamur. Sed probe hic ea ipsa distinguenda sunt, quæ sine revelatione rationis nostræ recte cognoscentis & judicantis objecta esse possunt: ne harum rerum confusio expediendæ nostræ controversiæ impedimento sit. Velenim, quæ sine revelatione clare & distincte cognoscimus ita vera sunt, ut salva sua natura, salvisque ideis nostris innatis se habere aliter possent. Vel ita vera sunt, & ita ideis innatis
inni.

innituntur, ut neque eas aliter se habere posse ipsa ratio clare & distincte cognoscat.

§. XXVII.

Sic verbi gratia ratio citra revelationem cognoscere potest essentielles magnitudinis multitudinisque proprietates, quæ ne mutari quidem possunt. Hoc modo ratio cognoscit unum eodem sensu trinum esse non posse: „non posse ullum corpus ubique totum esse (verba hæc elegantissima ipsius Augustini sunt ex epist. 137. §. 4. p. 305. T. II.) quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est, & quantumcunque sit corpus seu quantumcunque corpusculum, loci occupet spatium, eundemque locum sic impleat, ut in nulla eius parte sit totum. Quæ ita vera esse scimus, ut simul etiam non possimus non judicare, contrarium esse impossibile. Contra vero eadem ratio recte quidem, cognoscit unam nobis tantum Lunam esse: sed eadem etiam docet facile futurum creatori potentissimo, vel binas vel plures nostro orbi concedere Lunas, si voluisset: quemadmodum Jovis, Saturnique incolis ita licuit esse felicibus, ut pluribus ejusmodi lunis utantur. Sed binas nobis simul eodem sensu esse Lunas, & unam tantum contra omnem rationem est.

§. XXVIII.

Idem de miraculis omnibus sentiendum videtur, in quibus licet ea esse vera sentiamus.

mus, quæ rationis ope alias falsa esse cognoscimus: nihil tamen minus quam ratio in ejusmodi miraculorum fide deprehendit, quæ sibi adversentur. Licet enim verbi gratia ratio doceat, ferrum aquæ non innatare: eadem tamen clare & distincte novit fieri posse, ut mutatis circumstantiis idem ferrum aquæ, cujus antea fundum petebat, jam innatet: sive id humana fiat industria, quemadmodum quotidie videmus immensam ferri vim navibus vectam aquæ innatare, vel divina omnipotentia, quæ facile efficere potest, ut vis illa, qua corpora versus centrum terræ feruntur, cohibeatur, vel aquæ tantum virtutis sit, ferro incumbenti resistendi, ut positis his aut aliis circumstantiis cognitis ipsæ idæ innatæ nos docere possint, non posse submergi ferrum. Et forte miracula non tam ex ipso effectu metienda sunt, quam ex illa causarum immutatione, a qua effectus, qui miracula dicantur, naturaliter solent proficisci. Sic v. g. miraculum erat diei illius productio, quo Josua hostes perfligavit, sed tamen alio sensu æque naturalis effectus erat solis vel terræ consistentis, quam naturale diei spatium, quando sol vel terra, uti communiter solet, cæli spatia emetitur. Neque magis contra rationem est, si Sol terræ mota antea moventis virtute consistant, quam si primum moveantur. Tantum igitur abest, ut in his cognoscendis ratio captivanda sit,

fit, ut ipsa potius sola ratio sit; quæ ex sensuum testimonio divinaque auctoritate non possit non judicare, hæc ipsa vera esse, quæ communiter aliter se habere solent. Sed eadem ratio est, quæ clare & distincte novit rectissimeque judicat, efficere Deum non posse, ut ferrum simul eodemque sensu & aquæ innatet, & ejus fundum petat: vel ut terra tota quanta est, simul & in signo cancri existat, & in signo capricorni.

§. XXIX.

Restat igitur ut verus controversiæ status in eo tantum ponendus sit, utrum mens ratione sua recte usa in Scriptura ea tradi deprehendat, quæ cum iis consistere nulla ratione possint, quæ extra Scripturam clare & distincte cognoscit, non posse talia esse, qualia Scriptura tradit. Unde iterum ad controversiæ nostræ statum non pertinet, si quæ clare & distincte a nobis cognita videantur, non vero sint. Tum enim non ratio, sed ignorantia, sed præjudicia, sed errores nostri non tam captivanda, quam accuratiori examine illustranda discutiendaque sunt: neque ista discrepantia tam rebus ipsis, quam ignorantia nostræ tribuenda, quod vel neutrum, vel alterutrum eorum, quæ conciliare non possumus, nondum clare & distincte cognoverimus. Sic fere nemo erat, qui quidem ex divina independentia Dei decretorum necessitatem ex ratione admiserit, quin in eorum

rum cum libero nostro arbitrio conciliatione
 quandam rationis captivitate statueret.
 Quid? quod ipse Cartesius nunquam futu-
 rum existimavit, ut hæc ita cognoscantur,
 quin oppositæ istæ sibi invicem veritates
 semper videantur. Sed hujus Bibliothecæ
 classis I. fasc. V. num. 2. idoneis argumen-
 tis ostendisse me arbitror, omnem hanc, quæ
 videbatur, pugnam, ex eo tantum natam,
 quod conciliare duas istas veritates ob igno-
 ratam veram libertatis nostræ naturam ne-
 quiverint. Sic forte multa sunt, quæ aperto
 Marte invicem pugnare jam videntur, quæ
 longa dies accuratius cognita in tam aperto
 illustrique loco ponet, ut nemo forte futu-
 rus sit, quin eorum conspirantem consen-
 sum senserit. Neque dubitare licet, quin,
 cum, quoad hic sumus ex *vegis* tantum co-
 gnoscamus, beatissimum illud tempus, quo
 & Deum sicuti est, & in Deo reliqua omnia
 multo clarius evidentiusque videbimus,
 quam in hac summa imperfectione videre
 possumus, omni nostræ cognitioni plurimum
 lucis allaturum, & sic omnes difficultates ex-
 pediturum sit.

§. XXX.

Ex quibus facile cognoscere licet, quo sen-
 su satis trita illa distinctio inter ea, quæ con-
 tra, & quæ supra rationem sint, admitti pos-
 sit. Contra rationem dicuntur ea esse, quæ
 consistere cum iis nequeunt, quæ mentes no-
 stra

tra rationis ope de rebus clare & distincte cognitis non possunt non judicare. Supra vero rationem ea mihi videntur, quæ mens nostra neque sibi soli relicta, neque postquam revelata jam sunt, satis clare & distincte ita cognoscere potest, ut recte etiam de iis judicare, & cum aliis veritatibus conciliare norit. Sic salutis nostræ mysteria de SS. Trinitate, de æterna filii generatione, de arctissima duarum in una Christi persona unione neque mens naturalium facultatum ope sibi soli relicta cognoscere potest, & postquam revelata sunt, in iis potissimum habenda, de quibus ipsius Pauli citatione nobis commendatus Aratus dicit:

Παντα γαρ ουπω
Εκ Δι' ανθρωποι γενωσκομεν αλλα επι πολλα
κεκρυπται

Multa igitur nobis revelata sunt, quæ supra rationem nostram posita sunt. i. e. quæ neque sine revelatione cognoscere possumus; neque revelata jam ita omni modo clare & distincte perspicere, quin multa adhuc nobis *αλλα και δυσνοητα* contineant. Quod inde esse videtur, quod & Scriptura satis obscure, saltem nobis de iis loquatur, & nos ea non tam ex vera ratione quam ex nostris præiudiciis æstimemus, dijudicemusque. Nihil vero eorum, quæ revelata sunt, contra veram rationem esse potest, quin vel de Scripturæ sensu, vel de ratione ipsa erremus. Quem-
cunque

cunque igitur adversarii sensum nostræ fidei
mysteriorum rationi contrarium esse osten-
derint, illum eo ipso respicimus, quo cum
contra rationem sit, neque Scripturæ verus
sensus esse potest.

§. XXXI.

Aurea profecto & ipsius rationis verba
sunt, quæ apud Augustinum epist. 143. §. 7.
pag. 252. T. II. edit. Bened. legimus. „Si
„ratio contra divinarum scripturarum au-
„toritatem redditur, quamlibet acuta sit,
„fallit verisimilitudine, nam vera esse non
„potest. Rursus si manifestissimæ, certæque
„rationi velut scripturarum sanctarum ob-
„iicitur auctoritas, non intelligit, qui hoc
„facit, & non Scripturarum illarum sensum,
„ad quem penetrare non potuit, sed suum
„potius objicit veritati, nec quod in eis, sed
„quod in se ipso velut pro eis invenit, op-
„ponit. Quæ auro contra & gemmis non
cara verba, non memoriæ tantum, sed illo-
rum mentibus penitus infigenda sunt, qui
circa Scripturæ verba tractanda versantur.
Hinc idem divinus omnique humana laude
major Pater de doctr. Christ. Lib. III. Scri-
pturæ verba, quæ alia videntur tradere, quam
quæ certa & evidens ratio ferre potest, tro-
pice explicanda statuit. „Cum figurate sic
„accipitur, tanquam proprie dictum sit, car-
„naliter sapitur. Ut idem ibidem docet.
„Neque (sic pergit) ulla mors animæ con-
„gruens

gruentius appellatur, quam cum id etiam, quod in ea bestiis antecellit, hoc est, intelligentia carni subjicitur sequendo litteram. Ea demum est miserabilis animae servitus, signa pro rebus accipere &c. In his vero ipsis signis figurate explicandis cap. 9. §. 12. expressissimis verbis recenset baptismi sacramentum & oblationem corporis, & sanguinis Domini. Quae unusquisque (verba iterum Augustini sunt) cum percipit, quo referantur, imbutus agnoscit, ut ea non carnali servitute, sed spirituali, potius libertate veneretur. Litteram sequi, & signa pro rebus, quae iis significantur accipere, servilis infirmitatis est. Quae sane gravissima sanctissimi patris verba digna sunt, quae bene notentur ab illis, quos tot argumentis eo adducere nondum potuimus, non solum ut nobiscum i. e. cum ratione, sed ne quidem ut de nostra sententia, quae tot argumentis, tantaque auctoritate nititur, mitius sentiant. Utinam tantum gravissimis Augustini, imo rationis & ipsius Dei verbis tribuerent, ut animos tandem flecterent, criminationumque ferocitatem compescerent.

§. XXXII.

Postquam igitur satis ostendimus, quae extra controversiam nostram posita putem, reliquum est, ut qui rationem captivandam dicunt, nihil aliud sibi velle possint, quam

mentem nostram clare & distincte cognoscere, in Scriptura ea tradi, quæ aperto Marte & collatis, ut ajunt signis, cum illis pugnent, quæ extra Scripturam recte & certo cognoscat, aliter se habere non posse. Quod qui adfirmant quam illi mihi ea sentire recte videantur, quæ & ratione & Scriptura, & Deo adeo utriusque auctore indignissima sint, licet in iis jam demonstrata sint, quæ hæcenus dixi, operæ tamen pretium puto in specie adhuc paucis ostendere.

§. XXXII.

Primo enim tam manifesta est contradictio, unum idemque eodem sensu verum esse posse & fallum, ut nihil possit esse manifestius. Quod si igitur, ut supra ostendi, Deus auctor non rationis tantum nostræ sit, sed ipsarum etiam veritatum omnium, cum *πατήρ* sit *τῶν ὁσίων*; ea procul dubio vera sunt, quæ Deum nos per ideas sive innatas, sive adventitias, quas vocant, docere recte cognovimus. Ut nihil esse possit verius eo, quod Hierocles comment. in aurea Pyth. earm. pag. mihi 128. dicit *λογὸς ἐστὶν περὶ θεοῦ καὶ θεοῦ, ταυτὸν εἶναι*. Neque porro cum Deus Scripturæ auctor sit, Scriptura recte cognita ea tradere potest, quæ vera non sint. Unde consequitur, Scripturam docere ea non posse, quæ falsa illa esse ostendant, quæ ratione vera esse cognoscimus; nisi unum idemque simul & verum & fallum esse posse
 decla-

declaret. Quo nihil fingi potest iniquius, nihil absurdus. Neque enim hæc tam improprie quam proprie dictæ rationis captivitas esset dicenda. Non enim captivari mens potest circa scientiam clare & distincte extra Scripturam cognitorum, qui saltem hoc casu atque tempore ipse ille nexus naturalis, in quo rationem constituimus, non tam captivetur, quam destruat. Sed cum illum nexum naturalem esse, neque a nostro arbitrio dependere supra demonstraverim; tam non potest mens etiam si maxime vellet sistere naturalem illum impetum, quam suam ipsius naturam pervertere, atque destruere.

§. XXXIV.

Accedit deinde, quod si Deo auctori & ratio nostra, & veritates omnes, veritatumque cognitio referendæ sint acceptæ; si quis error circa clare & distincte extra revelationem cognita admitteretur, illius culpa non tam menti esset adscribenda, quam Deo, qui mentes nostras tales fecisset, ut sua natura non possent non errare. Porro non tam ratio Scripturæ, quam Deus ipse sibi opponeretur, cum & rationis & Scripturæ unus & solus auctor sit, qui que adeo simul eodemque sensu de eadem re *ἢ ἢ ἢ* tam statuere non potest, quam semet abnegare; & cujus uti omnibus perfectionibus, ita maxime etiam ipsi veracitati *ὅτι ἐστὶν ἀπρόσβλητον ἡ ἀληθεια* *ἀποκρίματα.* Æque impium, æque blasphemum

imum merito rem propius intuentibus videri debet statuere, nos falli posse, si fidem Deo ope rationis nos clare & distincte docenti adhibeamus, quam in Scriptura diserte loquenti. Denique unde quæso Scripturam esse cognoscimus, unde quid sibi velit intelligimus, unde divinæ inspirationis eandem esse non credimus tantum, sed etiam scimus, nisi ex ipsa ratione, & iis quæ extra Scripturam cognoscimus? Quod si igitur ratio fallere nos unquam posset, quod si unquam in illis errarem quæ clare & distincte cognoscimus: actum profecto & conclamatum esset de omni eo, quod certum est in humana cognitione non eorum tantum, quæ natura cognoscimus, sed ipsius etiam totius Sacræ Scripturæ. Prudentis enim est nunquam iis niti, in quibus vel semel erravisse te sentias.

§. XXXV.

Frustra adversarii suæ sententiæ in impotente illa a divina omnipotentia objectione præsidium quærunt. Cui ego siculneæ objectioni malo Theodoretæ elegantissimis verbis, quam meis respondere. Leguntur illa epist. 144. & πολυμορφῶ dial. III. pag. m. 121. ubi negans divina omnipotentia fieri posse, ut ipsa natura divina in Christo passa dici possit, ita gravissime loquitur. Ἡ γὰρ μοῖρα τῆς Θεοκηνώσεως ἐκείνη τῷ λόγῳ, οἱ φησὶν ἵνα καὶ παρῆλθῃς εἰς τὸ θεῶν, οὐ τῶν πρῶτων.

επιδαιων είναι, και τα θεια πεπαυμενων, αλλ' η τυληρ, αι την ακερβειαν των λουτολικων δευ-
 ματων οικισασιν, η εκεινων, οι ταις ηδυπαθειαι
 δεδωκεν. Ημεις τοιουν παντα
 μη δυναθαι φαρμ τον όλων θεον. Τη δε παλαια
 φωνη μονα τα καλα, και τα αγαθα συμπερα-
 λαμβανεται. Ο γαρ φουσει σοφος τε και αγα-
 θος εδεν των εναντιων προσειλαι, αλλα μονα τα
 τη φουσει πεποντα. Optimeque negat
 ibidem posse γενεσθαι του όλων θεου της αλη-
 θειας νομοθετην.

§. XXXVI.

Quæ vero a salutis nostræ mysteriis sen-
 tentiæ mex objiciunt, ea in superioribus ita
 refutata jam puto, ut nemini dubium mo-
 vere possint. Nec, quæ circa mali originem
 versantur difficultates Scripturæ potius, quam
 ipsius rationis esse videntur. Quid? quod
 nullius philosophi, ne ipsius quidem acu-
 tissimi Leibnitzii meletemata tantum mihi
 ad expediendum, quicquid circa mali origi-
 nem difficultatis non nostram tantum, &
 supralapsariorum, quos vocant, sed etiam
 illorum sententias premit, qui abjectissime
 de Dei independentia judicant, conferre
 posse videntur, quantum ipsa Scriptura, cu-
 jus verba Deum tantum non auctorem, ut
 omnium rerum, ita etiam ipsius mali consti-
 tuunt. Unde tantum abest, ut in his capti-
 vanda ratio sit, ut potius nihil tantum lucis,
 tantumque libertatis menti adferre possit ad

recte de mali origine sentiendum, quantum
S. Scriptura, cujus divinitatis manifestissi-
mum etiam characterem in hac ipsa rationis
nostræ circa malum illustratione deprehen-
deremihivideor.

§. XXXVII.

Effeci igitur, ut nemini amplius non aper-
tum exploratumque esse possit, rationem ita
ad ipsam mentis naturam pertinere, ut tolli
a mente non possit, quin tota illa mentis no-
stræ compages dissolvatur: neque adeo, si
vel maxime vellemus, coercere nos natura-
lem illum rationis impetum posse. Unde
consequitur, *ἵνα ἴδῃς θεῶν*, vel divinam
non esse revelationem, quæ rationem do-
ceat captivandam, cum id neque per nostræ
mentis naturam fieri a nobis possit, & Deo
nobisque indignissimum sit: vel, si de ejus
divinitate aliunde nobis constet, proprie
non intelligi posse, si vel expressissimis ver-
bis rationis captivitatem doceret. Cum
igitur etiam supra vocem *νοῦν* ne rationis
quidem significationem unquam admittere
ostenderimus: & ratio, & Scriptura, & ipsa
vocis *νοῦν* significatio declarant, nihil
eo, quo quidam propositis Pauli verbis ra-
tionis captivitatem tradi imprudentissime
existimant, esse vel fingi posse, aut absurdius,
aut Deo rationis auctori, & homini ad Dei
imaginem condito iniquius.

§. XXXVIII.

Quam vero vellem evidentissima hac demonstratione illi, qui funestum suum a nobis in S. coena dissensum tueri non possunt, nisi sanam rationem contra omnem rationem tenendam doceant Carceribus clausam cæcis, & compede vinctam, eo adducerentur, ut non concederent, nos æquiori animo illorum a sana ratione discessum ferre, quam illi nostram solent sententiam, quam negare non possunt & aliis Scripturæ locis, & rationi potissimum ipsi sua multo convenientiorem esse conjunctioremque. Quandoquidem vero nos eo acerbius damnare videntur, quo magis nos ex Spiritus Sancti præcepto ita αληθαινομεν, ut τη αγαπη in eos, quos in fidei fundamento ημιν ομοφρονας, recte judicamus, simul studeamus: caveant perfecte illaudabili hac pertinacia id consequantur, ut quod in sententiis ab Antonio & Maximo collectis legimus, illis nobisque jure applicetur: Ο μω κακω ταχιστα αν καταγοιη και τε αγαθε, ο αγαθω δε ουδε τε κακω ραδιως. Male quidem (sic nos ex scopo nostro reddimus) sentiens promptissime condemnat etiam bene sentientem: recte vero sentiens, ne male quidem sentientem facile condemnat.

JACOBI HASAEI
 SPICILEGH OBSERVATIONUM
 AD
 SALOMONIS & HIRAMI
 Navigationes
 OPHIRITICAS & THARSISIAS
 Dissertatio prima
 de תוכים TUCKIIM

Quos eadem clasfis in *Phoeniciam Palaesti-*
namque attulisse legitur I Reg. X, 22. &
 2 Chron. IX, 21.

ARGUMENTUM.

Causa scriptiois. Vocis תוכים *diversa* ortho-
 graphia & *variarum* interpretationum *causae*, &
 conjecturae nostrae. §. I. de situ Ophir & Tarsis.
 Difficultas etymii vocis תוכים. §. II. Bocharti sen-
 tentia, quod ex כתיים *inversis* litteris nomen sit,
 examinatur. Avium nomen a locis *peregrinis*. §. III.
 aliorum de hac voce conjecturae minus probabiles.
 §. IV. Nostra profertur quod תוכים dicti pro סוכים
 & notare *habitatores speluncarum*. סך & סכה pro
 spelunca. Jerem. XXV, 38. versio Graeca illustrata.
 §. V. Hinc *Succhae* loci in Troglodytica origo a
 סכה. Troglodytarum Speluncae. Bocharti de hoc
 loco sententiae minus verosimiles. *Succosi* in Mau-
 retia.

retania. §. VI. Locus 2 Chron. XII, 3. de כ"י
 excussus. Erembi in specubus habitabant; horum no-
 men a ערב & nigrore non לוטו תנן עראו באינן.
 §. VII. סוכיים & תוכיים idem notant. de permu-
 tatione literarum S & T. Vox Succa lingua Mau-
 retanica; Phoeniciae affini, mutatur in Tucca. Ut &
 in vicina Africa. תוכיים sunt ex Africa. Urbium A-
 fricae Succa & Tucca dictarum nominis origo. §. VIII.
 Tuckim videri Simias esse. Argumentum primum. il-
 lustratur Graeca versio 2 Chron. IX, 21, קפיים
 אשכול genus Cercopithecorum. De discrepantia לוו
 קפיים & תוכיים. Cercopithecis unde dicti
 Meer-Hagen. §. IX. Argumentum secundum. Si-
 miae Turcis Maimon: Kimchius antiquissimos magi-
 stros citat. §. X. Argum. tertium. תוכיים est ex
 תוכיים: de ejus vocabuli cum תוכיים convenientia;
 תוכיים est articulus praepositivus in lingua Aegyptia.
 Nomina Pharao, Bubastus, Pyramis, Busris, Pibachi-
 yoth elucidata. Articulus in vocibus peregrinis ipsis
 vocabulis junctus & dein duplicatus. §. XI. Simiae
 degunt in Speluncis. Diodorus Siculus illustratus.
 §. XII. Earum maxima copia abundat Africa ab Ae-
 gypto ad columnas Herculis. Insula Pithecusa non
 a dolis sed simis dicta. §. XIII. Josephi de classe &
 mercibus Ophiriticis locus excussus. אשכול
 num ibi קפיים an תוכיים convenient? conjectura
 de origine ejus interpretationis. Josephi mens de
 Tharsis contraria est Huetianae. §. XIV. An תוכיים
 sint Numidae & Mauri? Hi populi habitant in tu-
 guriis quae Hebr. סכא Mauris תוכיים Aethiopibus
 mancipiis utebantur veteres, praecipue Mauris qui
 saepe Gaetuli dicti. §. XV. Hariolatio qua ratione
 per תוכיים possint Gallinae Numidicae indicari.
 Gallinae סכא & gallus סכא dictus, & unde? Nu-
 midicae olim in delitiis ciborum. §. XVI. Tuckim:

non sunt *meleagrides*, nec aves quas *Scylax* in *Africae* occidentalis ora tantum inveni docet. Locus *Scylax* pessime a *Salmasio* correctus & *Vossio* versus. *Meleagrides* debentur *Indiae*. Idem locus vexatissimus pluribus illustratus. Agitur ibi de *Phoenicoptero* ave, quae palustris est & a freto *Herculeo* tantum petita. Nostra emendatio. unde nomen *Phoenicopteri*. §. XVII. XVIII.

§. I.

Luculentissimis quidem adeo animadversionibus *Historia navigationum Hiram & Salomonis* summe omnium commemorabilis a doctissimis illustrata hominibus videri posset, quo & ego & alius quispiam supersedere ex facili ulteriore dilucidatione possemus. Neminem tamen cum perlectis, quas in hanc ipsam rem meditor, observationibus, diffiteri posse sperem & mihi ex ampliori aliorum messe, aliquid relictum fuisse *Spicilegii*, non est quod longam scriptioni veniam precer. Quoniam autem minime gentium omnia, quae ad illud argumentum apta sunt, caedere vineta animus est, sed subinde quaedam tantummodo ab aliis vel non recte vel tanta non quam par erat copia, elucidata sunt. Principio deprecamur, ut nemo certum harum animadversionum ordinem, qui hic nullus est a nobis postulet, qui, prout commodum erit unoquoque tempore, hanc illamve litteris mandabimus. Hinc quantumvis de terra *Ophir* & *Tarsis* principio dis-
feren-

ferendum videtur, nunc lubet disputare de voce vexatissima quae i Reg. X, 22. תכני, & pauxilla litterarum discrepantia, servata antiquiori littera י (antiquiori vocalis *Kibbuz* nota) 2 Chron. IX, 21. תוכים *Tuckim* consignata est. Quid vero eadem sibi velit, ne veterum, lumine litterarum quo nunc gaudeamus destitutorum, explicationes ordine recenseamus: quantas & quam varias inter eruditissimos viros, quibus in recondita litterarum omnis antiquitatis adyta penetrandi potestas erat, hoc vocabulum conjecturas extorsit, ut eorum scriptis lectis multo quam dudum sis incertior? *Bocharto* Phalegi P. II. L. IV. c. 29. p. 281. videntur *meleagrides* seu *gallopavones* denotari. At *Hierozoici* P. II. L. I. Cap. XX, omnino *Pavones* intelligendos esse pugnat majori eruditionis apparatu, nixus nobilissimorum interpretum consensu. *Huetius*, amicus ejus, *Psitacos* intelligit in *Comment. de Navigat. Salomon.* Cap. VII. §. 6. quae etiam placet sententia celeb. *Rolando* in *Diss. de Terra opbir*, quae T. I. *Miscell. Dissert.* IV. exhibetur. Nuper vero clarissimo *Job. Oldermanno* in eruditissima *Dissertat. de Opbir & Tarsis Helmstadii Anno 1714.* 4to impressa vitum fuit *sect. I. §. 23.* probabile, indicari certas aves ex *Africa* allatas in terras peregrinas, quae nullibi nisi in *Africanis* reperiuntur, *Scylace* teste, regionibus. Harum, & quae plures sunt, sententiarum unaquaeque nititur

ea hypothefi, quam quisque de *situ* terrae *Ophir* & *Tarsis* hariolatus est, cum exinde hos *Tuckijm* in Phoeniciam deportatos legamus, probatque in ea, quam suo pte placet ingenio *Ophir* esse, regione reperiri. Adeo ut mirum minime fit tanta hac in re reperiri sententiarum divortia quanta de ipsa regione *Ophir*. Quicquid vero inter singulos sit discrepantiae de *certo* avium genere; in eo tamen omnes fere unanimibus conveniunt suffragiis, תוריים esse *aves* seu *alium* genus. Neque est quod dissimulem me quondam etiam in ea fuisse sententia, qua tamen & ipsa a ceteris discessi, nihil aliud hac voce quam *Gallinas Numidicas* seu *Africanas*, quae veteribus adeo erant in deliciis, indigitari. Interea tamen loci mutare sententiam coactus sum, ex quo rem penitus introspexi, neque per תוריים aliquod *avium* genus sed *quadrupedum* & quidem *Simias* intelligendas esse didici.

§. II.

Ratio enim potissima cur hoc nomen variis adeo & a nostra sententia alienis interpretationibus vexatum sit, nulla potior videtur; quam quod nemini hucusque felici adeo esse esse licuerit, quo in veros vocis תוריים natales & certum ejus *ἔτυμον* descenderet; dein vero, quod verus genuinusque terrae *Ophir* & *Tarsis* situs tantum non omnibus delituerit, magnopereque ea propter devinctos nos esse fatea-

fateamur doctissimo *Oldermanno*, qui nullas alias regiones his indicari nominibus quam *Iberiam* seu *Hispaniam* & *Tartessum* pererudita, quam citavimus, ostendit dissertatione. In cujus sententiam omnino pedibus imus, pluribus eandem, fortunante DEO, proxima occasione illustraturi. Ipse autem *Oldermannus*, qui recentissime post tot doctorum labores de his rebus aliquid commentatus est, ita de obscuritate sensus vocis תוכיים loquitur in fine sect. I. §. 23. *Ceterum cum hactenus nemo certo definiaverit, quid vox תוכיים SIGNIFICATIONE SUA involvat, nec firmari hinc neque labefactari nostra de Opbir sententia potest.* Idem *Mercero* videtur, qui nulli ad stipulatur sententiae in thesauro. *Vox videtur, inquit, peregrina; Etymon enim est ignotum.* Liceat proinde quid aliorum sententiae, qui hanc vocem explicuerunt nihilosecius, frugi afferant, prius quam nostram proferimus paucula oratione attingere.

§. III.

Bochartus, ut ut in his litteris princeps, minime nobis satisfacit, dum citato loco *Hierozoici* תוכיים per inversionem litterarum pro כותיים quasi *Cuthaeos* seu *Persicos* dictos vult, quod *Pavi* ex *Persia* etiam delati, saepius *Medicae* & *Persicae aves* appellentur. Videtur quidem huic sententiae patrocinium non deesse eo, quod nihil sit solennius, quam avibus peregrinis aliisque animantibus nomen

men dari a locis exoticis unde advehuntur, uti praeter aves *Afras*, gallinas *Numidicas*, ab *Africa* & *Numidia*: *Phasianas* à *Phaside*, à *Garamantibus*, *Garamantidas* aliasque, quas *Bochartus* citat, testantur *gallopavi* quos hodie vocamus *Kalekutische Hünner*/aut *Welsche Hanen*/quod *Calecuti* magna eorum sit copia & per *Italiam* olim in has delati regiones. Idem docent ab insulis *Canariis* dictae aves *Canariae* *Kanarien* • *Vögel* &c. Non tamen heic id reperio solidi quod alias *Bochartianum* pollicetur ingenium. Nam, (ut *Bocharti* hypothefi de terra *Ophir* inhaeream, quam ille *Seilan* seu *Zeilon* insulam esse vult & veterum *Taprobanen* *Canaan*. L. I. Cap. 46. adeoque *Indicam* regionem) minime gentium video, qui aves ex hac regione *Indica* in *Palaeftinam* per mare rubrum allatae *Persicae* aut *Cuthaese* dictae essent, nec potius *Taprobanicae* aut simili nomine a regione *Indica*, unde venerunt petito. *Pavi Indiae* debent natales, unde in *Babyloniam*, & *Persiam*, *Mediamque* propagati, quod argumento praeterea est eos *Indicos* potius vocandos fuisse *Judaeis* quam *Persicos*. Vocantur quidem *pavia* a *Græcis* *ἰνδικὸς πῦλον* aut *Περσικὸς*, quod erudite satis vir summus probat. Nihilo tamen fecius hoc indefactum est, quod *Græci* ex *Persia* eos, ut *India* ipsa viciniori illis regione, nacti sint. Quid vero haec ad *Judaeos* & *Tyrios*, qui, ut ille censet, ipsi *Indos* petiere hac classe? Quo-
inde

inde eas aves *Persicas* similiter ac quidem *Graeci* minime vocare potuerunt, quod eas ex ipsa tum *India* acceperint. Utar in hac re elucidanda simili exemplo. Nos *galloparvones* vocamus *Welsche Hünner* seu *Gallinas Italianas*, ea, quae ante dicta est, de causa; At *Italianae*que gentes, quae illas ex *Italia* non accepere, vocant *gallinas Indicas* aut *Calecuticas* patriae nomine. Inquies vero & *Salomonis* classem ad *sinum Persicum* delatam esse ut viro summo l. c. p. 137. probabile videtur; Verum hoc gratuito in hypotheseos *δελείων* dici, nulloq; argumento probari posse, saltem non iis quibus *Bochartus* usus est, bene docuit *Cl. Oldermannus* *Diss. de Ophir & Tarsis* sect. II. §. 4--6. Tum, quamvis *Persica* regio trans *Tigritana* *Hebraeis* *כּוּת* & *Chaldaeis* *כּוּת* dicatur, quae hodie *Chussestan*, tamen eodem nomine & *littoralem* ad oceanum *Indicum* indicari, difficile probatu foret. Unde itaque *Chutaeorum* iis nomen avibus, quae non ex *mediterraneis* illis, sed aliis *Maritimis* petitae fuissent regionibus? Ne dicam *Bochartum* in id delabi *κρησφυγητόν*, quo eos *כּוּתִיִּם* non tempore *Salomonis* ita dictos censeat, sed postea cum per *Chutaeos* terrestri itinere in *Palaestinam* allati. Quo commento nihil unquam minus verosimile prolatum fuit, adeo undique perpluit. Dein vero, quantumvis viri summi violentiorem litterarum transpositionem, qua *כּוּתִיִּם* pro *כּוּתִיִּם* dictos vult (cujus

jus familia p. 137. producit exempla) utcun-
 que silentio transmittamus, nunquam tamen
 probari poterit hanc litterarum usitatam
 fuisse in hac ipsa voce metathesin, ita ut
 כות"י Cuthaei dicti sint unquam תוכ"י.
 Quapropter, si Persae vel Cuthaei nunquam
 ipsi hoc vocati nomine, qui aves ex hac regio-
 ne ob patriam, unde advenere, eo dici potuis-
 se vel ulla aequa lege concederemus? Si ve-
 ro ex nostra sententia his jungas classem
 Salomonis & Hiramini minime Indiam sed ma-
 ris mediterranei littora Hispaniamque petiisse,
 quo haec Bocharti simul corruat opinio ne-
 cesse est, cujus ea propter ratiocinia pluribus
 convellere tanti minime videtur.

§. IV.

Neque felicior multo aliorum est de hoc
 vocabulo conjectura. Buxtorfius in Lexico
 Hebraico & Chaldaico eumque secutus Coc-
 cejus deducunt a תך vel תוך Toch quod do-
 lum, fraudem notat. Qua vero ratione a dolo &
 fraude nomen acceperint תוכ"י neque ipsi
 neque alii explicuerunt. Nititur proinde
 haec hariolatio tantum convenientia quadam
 utriusque vocabuli litterarum, adeoque ut
 nullo argumento adstruitur, ita vix ullum est
 quo possit refelli. Schindlerus aliique quos
 Ill. sequitur Huetius de Nav. Salom. Cap.
 VII. §. 6. multo verosimilius a תכה deri-
 vant, quod in Pual habet תכה Tucca hoc est
 adhaerere, conjungi. Exinde tamen Psittacos
 dictos

dictos esse תוכיים quod rostro unguibus-
que arborum ramis adhaereant ut abhinc ne-
queant divelli, ita supponitur ut majori pro-
batione indigeat. Ne dicam Psittacos aves
esse Indicas adeoque id explicationis ea niti
sententia Ophiram esse Indiam, quam & ad
Aethiopiam usque extendit Huetius. Mer-
ceri sententiam, qua aves illas per ἐνομαστο-
ποιίας dictas vult a sono תוך, תוך Toc, Toc, fa-
tis confutavit ὁ πάλιν Bochartus loco memo-
rato. Adeo ut in his similibusque etymis
nihil sit quod longiori examinemus dili-
gentia.

§. V.

Aliorum itaque conjecturae, cum rationes
nobis sint cur minus videantur probabiles,
experturi sumus quid alii de nostra ferent ju-
dicii. Censemus autem תוכיים dictos esse
pro סוכיים Suckiim ex frequentissima harum
permutatione litterarum, illudque nominis
nihil aliud propria significatione notare quam
habitatores speluncarum & cavernarum. Hoc ut
probemus, principio animadvertendum est
Hebraeis סוך Soch & סוכה Succa non modo
denotare tabernaculum, tuguriumque, quod
Graeci σκηνή vocant, sed & speluncam, in
quam se abdunt vel ferae vel homines. De
ferarum & in primis Leonum latibulo saepius
occurrit in sacris litteris. Jobi XXXVIII 40.
de Leena & catulis leonum dicitur jacent סוכות
in caverna & sedent בסוכה in SPELUNCA;

ubi bene Lutherus: *Ruhen in der Höle.*
 Alexandrini quidem hanc vocem reddunt
 ἐν ὑλαῖς ἢ ἰνὶ σylvῆς: verum si scias leonum latibu-
 la esse ut plurimum in *montibus*, densissimis
 arboribus confitis, nihil est quod te heic loci
 aliqua ex parte moretur. Porro Psalm. X, 9.
latitat כסכה כנרה ut LEO in SPELUNCA
 sua: Iterum Luth. *Wie ein Löwe in der Höle.*
 Græci ἐν τῇ μάνδρα, quae vox de ovili aliis-
 que ferarum *latibulis* usurpatur; Chryso-
 stomus notat alios reddere interpretes ἐν τῇ
 περιφράγματι αὐτῆς atque ita de *circumsepto* lo-
 co intelligere, quemadmodum monuimus
montes, leonum *latibula*, arboribus *circumsepta*
 esse. Adde & Jerem. XXV, 38. *עצב ככפיר סכו*
Dereliquit ut LEO SPELUNCAM suam seu
latibulum ut generaliori nomine quidam ex-
 plicant, & Luth. reddidit seine *Hütte*. Qui-
 dam codices Alexandrinorum interpretum
 reddunt κατάλυμα, alii vero κάλυμα. Fru-
 stra sunt qui alteram ex altera emendandam
 censent. Utraque vox recta est & exprimit
 Hebraicum כסך vel כסכה. Κάλυμα enim est
operimentum, tegumentum. כסך vero venit a ra-
 dice כסך quae *tegere, operiri* indicat, quia
tentoriis operiuntur quae intus sunt, feraeque
 hominesque *specubus* pariter *teguntur*. Hinc
 ita Solinus cap. 44. *Troglodytae SPECUS ex-*
cavant, illis TEGUNTUR. κατάλυμα vero
 notat *diversorium* seu *locum* quemvis commo-
 randi qui aequae *feris* ac hominibus tribui
 potest.

potest. Vide de hac vocis hujus significatione Luc. II, 7. & Schefferum de re Vehic. L. I. c. 12. Puto & alium Jeremiae locum Cap. IV, 7. hanc vocis סכך notionem comprobaturum, quem nunc, ne nimis a via aberrem, ob longiorem, qua opus est ad eum elucidandum, probationem, missum facio.

§. VI.

Neque minus סכך *Succa* denotat *speluncam* in qua ex antiquo vivendi ritu *homines* habitant. Plinius L. VI, cap. 29. meminit loci *SUCHAE* vel *SUCCHAE* in regione *Troglodytarum* non procul ab *Adulitis* ad littora maris rubri. Ille locus aliunde nomen quam a *succa* סכך *spelunca* haud potuit nasci, quia *Troglodytae*, ejus incolae non aliter ac in *specubus*, vivebant. Nam ipsum inde *Troglodytarum* nomen est a *τρώγλαις* vel *τρώγλαις* *specubus* & *δὲν* *subeo* ut notissimum. Vide *Eustathium* ad *Dionysium* Perieg. v. 180. Ne enim ceaseas hoc nomen *Succhae* apud *Plinium* esse à *tabernaculis* ex vulgatisima vocis סכך notionem, quod conjicit *Bochartus* Phaleg. L. IV, c. 2, p. 212. scias *Troglodytis* non fuisse *tabernacula* quae inhabitarent ut ceteris *Africanis* *Nomadibus*, sed, tantum *Speluncas*. Inde *Plinius* L. V. c. 8. *Troglodytae* *SPECUS* excavant: haec illis *DOMUS*, Confere eundem L. V. cap. 5. & *Solinum* Cap. 44. *Troglodytae* *SPECUS* excavant illis *TÉGUNTUR*, nimirum instar *aedium* quarum illis loco sunt *specus* & *cavernae*. Multo mi-

nus verosimile illud *Sucbae* in Troglodytica
 nominis ortum ducere à *Suchaeis* סוכיים ut
 dein censet Bochartus Phaleg. L. IV. c. 29.
 p. 281. Contraria potius via *Suchaei* vel *su-*
ckii dicti sunt ipsi à סוכה *Succa* seu spelunca
 quam inhabitabant, ut סוכיתאי Arabes, Afri,
 & Schytae à סוכיתא. סוכיים enim à סוכה, non
 vero haec ab illo descendit nomine. Illustrari
 autem hinc fortasse potest nomen Συκκοίτων
Succosiorum quos memorat in Mauretania
 Tingitana populos Ptolemaeus L. IV. c. 2.
 Dicti enim sunt à סוכות *Succoth* voce vel ta-
 bernacula vel speluncas denotante, unde *Succosi*
 sunt aut tabernaculorum aut specuum habitatores.
 Utrumque convenit Afri qui vel סוכיתאי & No-
 mades atque αμαζοβίοι erant, vel in antris vitam
 degebant. Hanno propterea in locis Maureta-
 niae vicinis memorat Troglodytas seu specuum
 habitatores p. 3. Ed. Oxon. *Ἐὶ δὲ τὰ ὄρη κατὰ
 αὐτὰ πρὸς ἀριστομόρφου Τρωγλοδυτῶν*, Ha-
 bitari MONTES ejus regionis a TROGLO-
 DYTIS (hoc est cavernarum incolis) peregrinae
 formae hominibus: & post Cernen insulam re-
 fert conspici propter littora maris Atlantici
 ὄρη μάλιστα κατὰ ἀνορθίων ἀγρίων maximos
 MONTES sylvestribus HOMINIBUS magna co-
 pia eos INHABITANTIBUS: ad quem egregium
 scriptorem hac de re aliquando pluribus.

S. VII.

Quo minus autem de hac significatione
 vocis סוכה dubitare ulla ex parte possimus,
 adest

adeſt illuſtris locus 2. Chron. XII. ubi v. 3. in-
 ter vicinos *Aegyptiorum* populos, qui in exer-
 citu fuere Sefaci *Aegyptiorum* regis, memo-
 rantur ס״כּוּ SUCKIIM. Hos enim Alexan-
 drini interpretes optime explicuerunt eſſe
 Τρωγόδύτας ſeu SPECIUM INHABITATORES
 quam hujus nominis interpretationem an-
 tea indicavimus. Idem enim eſt cum Τρω-
 γλωδύτης. Proinde ס״כּוּ nomine *Troglody-*
tarum celeberrimam indicari gentem optime
 animadvertit Bochartus Phaleg. L. IV. c. 29.
 Ut vero *Troglodytarum* nomen generale
 eſt, quae gens magnum habitat Africae, qua
 mari rubro & Oceano Indico alluitur, terra-
 rum tractum, ita fortaſſe ſpeciatiſim heic loci
 intelliguntur Aegyptiis vicini *Erembi*. Eos-
 dem enim eſſe *Erembos* ac qui alias *Troglody-*
tarum Aethiopicorum veniunt nomine do-
 cet nos Eufſtathius ad Dionyſ. Perieg. v. 180.
Erembi quippe, ut ceteri *Troglodytae*, habita-
 bant in *ſpeluncis*, praeter ceteros illuſtri loco
 Periegete Dionyſio v. 963. hoc commemo-
 rante.

Αυτῶν ΟΡΕΣΚΩΝ ἠδὲ Φάινεται Ἰδας
 ΕΡΕΜΒΩΝ

Ὁ βίος ἐν ΠΕΤΡΗΣΙ ΚΑΤΩΡΥΧΕΒΣΣΙΝ
 ἰδεντο.

Sterile MONTICOLARVM. apparet ſolum
 EREMBORVM

Qui vitam in PETRIS SUFFOSSIS pe-
 ſuerunt,

Hh 3

Quan-

Quamquam autem nomen *Eremborum* ex eadem cum illo *Arabum* à ערב origine sit, ut re-
 cte Bocharto observatum est Phalegi L. IV.
 c. 3. & 29. nihilo tamen secius cum *Erembi* sint
Troglodytae, eos dictos esse ערב ערב ערב ערב
 quod *sub terram eant* domicilii causa,
 Graeculi in etymis peregrinarum vocum eru-
 endis nugivenduli, comminiscuntur, ut prae-
 ter autorem Etymologici M. Strabo L. I. p. 29.
 & L. XVI. p. 540. collato Eustathio ad Dio-
 nyf. Perieges. v. 180. *Erembis* autem & *Arabi-*
bus vetustissima lingua nomen a *faciei* & cor-
 poris *nigrore* datum est, nomine *nigerrimis*
Aethiopibus convenientissimo. Aequè inde
 ערב (*gnereb*) dicta est *vespera*, & ערב (*gnoreb*)
corvus ob utriusque *nigredinem*. Scimus
 enim litteram M. vocibus *Phoeniciae* originis,
 litterae, ut *Judaei* vocant, dageffatae ante-
 poni, unde ad *Graecos* descendit ut eandem
 saepius mediis vocibus interferant, quod ma-
 gna exemplorum copia illustratum est potis-
 simum studio viri aequè peregregia in Deum
 pietate ac exquisitissima eruditione & in con-
 servando nobiscum amicitiae studio insignis.
 Fr. Ad. Lampii de Cymb. Vet. L. I. c. 1.

§. VIII.

Hos itaque ערב in *Chronicorum* libro
 memoratos, in hac nostra quam de ערב
 tractamus causa probe animadverti cupio,
 alteramque vocem cum altera, numne, quoad
significationem, quod ego quidem censeo, eae-
 dem

dem sint, examinari. Frequentissima sane est litterarum sibilantium Δ & Ψ vel Γ vel Υ (Nam & Υ scribitur Ψ Thren. II, 6. uti & radicejus vocabuli $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$) cum Ψ & Δ permutatio, quæ millenis possêt doceri exemplis. Sic $\Psi\Upsilon\Upsilon\Upsilon$ Tarsis est Tartessus, ex $\Upsilon\Upsilon$ Basan fit Batanea, & $\Upsilon\Upsilon$ Izor est Sarm & Tyrus, $\Upsilon\Upsilon$ Assur mutatur in $\Upsilon\Upsilon$ Atur, hinc Assyria & Atyria. $\Upsilon\Upsilon$ Cusch transit in $\Upsilon\Upsilon$ Cuth unde Chutæi & Cuschitæ. $\Upsilon\Upsilon$ Issa foemina dat $\Upsilon\Upsilon$ Issa, & quæ plurima his sunt persimilia. Pariter Graecis dicitur $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$, $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$, $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$, $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$, $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$, $\Upsilon\Upsilon$ & $\Upsilon\Upsilon$. Et quid demum opus est id docere pluribus? cum ignotum sit nemini in orientis versato linguis, voces quas Hebraei per Ψ vel Δ pronuntiant, Syros & Chaldaeos sua dialecto mutare in Υ vel Δ ; tum & Atticam Graecæ linguae dialectum exigere ut Σ quam frequentissime cum Υ permutetur. Eiusdem permutationis optima quoque testis est lingua vernacula, qua voces, quas Saxones superiores per duplex sigma efferunt, inferiores perpetuo fere mutant in Υ , uti Wasser/ Water/ Strasse/ Strate/ Kessel/ Ketel/ weiß/ wit/ groß/ grot/ innumeraeque voces aliae indicio sunt. Ut vero huic collationi $\Upsilon\Upsilon$ cum $\Upsilon\Upsilon$, quod eadem sint voces, sua uberior illustriorque constet ratio, singulari puto ani-

madversione dignum esse, quod *EADEM* plane loca, quae in *Africae* regionibus & maxime mari mediterraneo propinquis, nomen ab hac ipsa voce סכך *Succa* vel סכך *Sech* naeta sunt, ut plurimum per T. scribantur *TICCA* vel *TUCCA*. Itaque lingua Mauretana, (quam affinem fuisse Phoeniciae & Hebraeae contra Casaubonum & Bochartum alibi ostendam) vicinorumque Africae populorum, cum apparebit S. in T. permutatum esse non solum in aliis sed & hoc ipso vocabulo, maxime id nostra illustrabitur hypothesis, quibus eo se quod *Ophir* & *Tarsis* esse *Iberiam* & *Tarvesam* censeamus, etiam סכך ex *Africa* delatos, (cujus in itinere classis legere littora debuit) dialecto *Africana* pro סכך Hebraeorum dictos esse, maxime fit verosimile. Cum enim *Afri* sint ut plurimum *Scenicae* & *speluncarum* habitatores, (confer §. 7. & 15.) inde tot loca in *Africa* à סכך dicta sunt *SUCCA* vel *SICCA* & vel maxime *TUCCA*. In *Mauretania*, vicina *Ampfagae* fluvio, memoratur *Tucca* *Plinio* L. V. c. 2. a qua diversa est alia *Tucca* in *Numidia* prope *Cirtam* a *Ptolemaeo* illic locata, aliaque in *Carthaginensium* ditione, quae ad ceterorum hujus nominis locorum distinctionem, dicitur *Tucca Terebinthina* de qua vide *Cellarium* L. IV. Ant. Geogr. Cap. IV. p. 163. *Tucca* autem idem esse quod *Succa* docet urbs *Sicca Venesia* quae pariter a סכך nomen habet, idque no-
 men

men convenire cum סכות בנות Succoth be-
 noth 2. Reg. XVII. 30. a plurimis observatum
 est. Vide cum primis Seldenum de Diis Sy-
 ris L. II. c. 7. Porro diversas esse minime
 voces *Succa* & *Tucca* docebit apertius cele-
 berrima Caesarensis Mauretaniae urbs *Suc-
 cabar* dicta, de qua Plinius L. V. c. 2. Nam
 nomen *Succabar* & in Africa dici *TUCCABAR*
 patet ex nomine urbis *Sicca* vel *Tuccae Tere-
 bintinae*, quam aliquoties dici *Tuccabor* vel
Thuccabor, ut ab Augustino L. VI. Adv. Do-
 nat. c. 24. aliisque, saepe viri notarunt erudi-
 ti. Proinde, cum תכה *Tucca* lingua *Maure-
 tanica* reliquaque *Africana* fere eadem vox
 sit quae Hebraeis סכה *Succa* vel *Sicca*, utra-
 que etiam *Speluncam* seu *antrum* denotet,
 סכיים vero sint *Troglodytae*, quidni & תביים
 qui ex *Africa* delati, propria significatione,
 quod probare intendebamus, *habitatores spe-
 luncarum* indigitarent?

§. IX.

Enim vero quamvis haec generaliter notio
 sit hujus vocis qua ii qui *cavernas* inhabitant,
 denotantur, ita ut non solum ad *hominum*
 sed & *animantium* varias referri possit *species*;
 Nobis tamen causae non defunt cur his
 סכיים praecipue *SIMIAS* aut certe *simiarum*
 quoddam *genus* innui judicemus. Primo
 hac in re argumento nobis est *Alexandrino-
 rum* interpretum autoritas, qui utramque
 vocem cum סכיים *Kuphim* tum סכיים una
 Hh § tan-

tantum voce *πιθήκων* SIMIARVM explicue-
 runt 2. Chron. IX, 21. Apparet inde eos
 aequè *תוכים* ac *קופים* in censum *πιθήκων* re-
 tulisse. Bochartus quidem censet Hierozo.
 P. II. L. I. in princ. cap. XX. Alexandrinos
 vocem *תוכים* reliquisse *ἀνερμηνεύτων* quod
 eam non intellexerint; sed hoc ex suo fingit
 interpretationis modo, quod in eam non in-
 ciderit cogitationem cum *תוכים* tum *קופים*
 genus *simiarum* esse unaque *πιθήκων* interpre-
 tatione potuisse illos complecti. Complu-
 tensis quidem editio voci *πιθήκων* addit *κί-
 θεϊμ*, ut appareat quasdam versiones, quod
 genus *πιθήκων* sint *תוכים* definire non po-
 tuerint, ipsum Hebraeum graecis litteris vo-
 cabulum adscripsisse. Solemnis enim mos
 est huic editioni, quo ipsas Hebraeas expri-
 mat voces, graecas aliis exhibentibus, veluti
 cum pro *תוכים* 2 Chron. XII, 3. habet *σεχίμ*
 plurimis & melioribus editionibus id voca-
 buli per *Τεμυοδύτας*, ut vidimus, optime ex-
 plicantibus. Quemadmodum itaque argu-
 menti haud respiciendis summus compro-
 bavit Bochartus Hieroz. P. I. L. III. Cap. XXXI.
 (id quod tamen dudum ante ipsum vidit in
 Lexico Schindlerus, & ex eo Martinus in
 voce *Simia* notavit,) esse *קופים* proprium
 quoddam *simiarum* genus, quod Graeci *Κῆβ*
 vel *Κῆπ* vocant & latini *cephus*, (quae vo-
 ces ex hac ipsa peregrina *קופים* ducunt origi-
 nem,) & quidem ex Aristotelis L. II. Hist.
 Anim.

Anim. Cap. 8. & 9. Πιθηκον habentem ἄραυ.
 seu κίρκου *caudam*; manifeste patet ד'פ'ק esse
 κερκοπιθήκας *Cercopithecus*, seu *simias caudatas*.
 Proinde ד'פ'ק denotabunt vulgare quoddam
simiarum genus, quibus cum *universa* Africa,
 tum multo maximum abundat in modum.
 maximus ille littorum tractus ab Aegy-
 pto usque Herculis columnas, ut §. 13. vide-
 bimus. Ne autem putes frustra conjungi
 ד'פ'ק & ד'פ'ק quod alterutro, si unum idem-
 que animalis genus esset, supersedere po-
 tuisset facer scriptor, scias, utut κ'β' ad *si-*
miarum genus referatur, ob quandam cum
 iis similitudinem; nihilo tamen secius plane
diversum ab iis fuisse animal. Cum in oras
 Europaeas *simiarum* saepius advecta sit mul-
 titudo, tantum opus est quo *Cephi* formam
 describamus, quo exinde ejus a *simia* per-
 noscatur discrepantia. Optime hoc disce-
 mus ex Agatarchide qui formam ejus deli-
 neavit pag. 51. de Mari Rubro Ed. Oxon. in-
 quiens ὁ δὲ κ'π' εἶχει τὸ μὲν πρόσωπον λέοντι,
 τὸ δὲ σῶμα πάνθηρι, τὸ δὲ μέγεθος δορκάδι sc.
ἴμοιον. *Cepus* facie leonem, corpore *Pantheram*,
 & magnitudine *dorcadem* imitatur. Quibus si
 addes characteristicis notis ex Aristotele
 aliisque *caudam* longiorem qua ornatus *Ce-*
phus, *simiae* vero carent, facile utriusque
 deprehendes dissimilitudinem. Pari modo
 & nos *cercopithecum*, certum *simiarum cauda-*
tarum genus, a reliquis vernacula distingui-
 mus,

mus, hasque vocamus *Affen* illos vero *Meere*
Ragen / quod inde est nominis, partim quia
mari ad nos devehuntur, partim quod sint
 instar *felis caudati*, eaque in re; iis cum fele
 quaedam intercedat similitudo. Sic Latini
Elephantum vocabant *Bovem Lucam* ob simili-
 tudinem cum *bove*. *Afræ aves* dictæ *gallinae*
Numidicæ; *Gallopavones* nobis sunt *Welsche*
Hüner / &c. ejusdem cum *gallina* conve-
 nientiae causa.

§. X.

Alexandrinis adstipulantur veteres Magi-
 stri Judaeorum, quorum nobis sententiam
 de hac voce reliquit *Kimchius* in *Lexico*, te-
 statur illos explicuisse per *שִׁמְיוֹן* *gato*
maimon quod *Bochartus Hieroz.* P. II. L. I.
 C. XX. in principio reddit *cercopithecum*, *Hue-*
tius vero *Diff. de Nav. Salom.* Cap. VII. §. 6.
 in pr. per *selem* *שִׁמְיוֹן* quod *שִׁמְיוֹן* *simium* no-
 ret, ut appareat veteres *Rabbinos* in ea fuisse per-
 suasione *שִׁמְיוֹן* esse genus *simiarum*. *Mai-*
mon enim *Turcica* lingua, ut *Majom* *Hunga-*
rica, *Simium* notat, quod *Martinius* in *lexico*
a *שִׁמְיוֹן* esse, quia *simiae* homines soleant *שִׁמְיוֹן*
שִׁמְיוֹן, conjicit, id quod suo loco relinqui-
 mus. Quamquam autem *Kimchius* suos no-
 mine non laudet autores, iidem tamen, qui
 ante *Kimchium* seculo XII. viventem do-
 ctrinae laude floruerunt, magistri, *obscurorum*
 in censum referendi non sunt, prout *Bochar-*
to videtur, cum *Kimchio* nihil sit solennius
 quam

quam illustrissimos rabbinos citare sine nomine, eorumque sententias ex antiquissimis excerpere Judaeorum monumentis ut Celeb. Relandus in fine Prolegom. ad Analec̄ta Rabbinica monuit, atque ex ipsius Kimchii notis ad Psalm I. v. ult. & ad 2. Reg. XVII, 30. atque alibi passim pervidebis.

§. XI.

Neque solum possumus autoritatibus pugnare veterum; verum etiam, argumento uti ex ipsa vocis $\pi\theta\eta\kappa\omicron$, quae Graecis *simiam* notat, indole petito, quam cum illa שִׁמְיָא eandem esse, atque exinde descendisse omnino nobis vero videtur persimillimum. Quod cum nemini observatum sit, liceat ea in re paulo esse prolixiori, quo res sit ad persuadendum aptior. Quemadmodum enim $\pi\theta\eta\kappa\omicron$ animal peregrinum est atque ex Africa in Graeciam per Poenos Aegyptiosque illatum; ita & nomen illud $\pi\theta\eta\kappa\omicron$ minime Graecum esse, sed peregrinum atque Afrum aut Phoenicium Aegyptiumve, cum tot similia in promptu sint exempla exoticarum graeca civitate donatarum vocum, quis est qui diffiteri audeat? Nugantur enim Graeculi cum peregrinarum vocum radices in patria lingua ruspantur, prouti certe turpiter se dant, cum $\pi\theta\eta\kappa\omicron$ dictum volunt $\omega\delta\gamma\epsilon\tau\omicron\ \tau\omicron\ \pi\theta\eta\kappa\omicron\ \delta\gamma\ \iota\phi\ \epsilon\mu\alpha\upsilon$ quod hominum simia sit *imitatrix*, unde illud Ennii apud Ciceronem L. I. de Nat. Deor. c. 35.

Simia quam similia turpissima bestia nobis!

Cum

Cum enim $\pi\acute{\epsilon}\theta\epsilon\delta\gamma$ nihil cum $\pi\acute{\iota}\theta\eta\kappa\theta$ habeat, similitudinis, ego, quo id credam etymi, & $\pi\acute{\iota}\theta\eta\mu\alpha\iota$. $\pi\acute{\iota}\theta\eta\kappa\theta$ autem vel $\pi\acute{\iota}\theta\eta\zeta$ non aliunde descendit quam ex $\pi\acute{\iota}$ & $\theta\eta\kappa\theta$ aut $\theta\eta\zeta$. Ultima vox orta est ex ipsa ד"כ"ן *Tuckim*. Quam in rem observandum veteres η pronuntiasse ut nos *jota*, unde toties η & *i*. in Graecae linguae scriptorum monumentis permutantur, id quod in hac eruditionis luce nemini dubium esse potest, innumerisque nuperrime exemplis ostendit eruditissimus longe atque politissimus *Rossallus* in observ. de *Christo in Chrestum mutato*, quae ante biennium circiter Groningae lucem adspexit. Dein vero כ"ב vel כ"ב Kibbuz, quibus vocalibus prima in ד"כ"ן syllaba scribitur, veteribus non ita ut Germanis & Italis η pronuntiabatur, sed prout veteres Latini, hodieque Galli & Belgae eam vocalem mollius ut *ü* efferunt; unde, qui *Cu-ribus* Sabinorum oriundi dicti *Quirites* seu veteri pronuntiatione *Kürites* &c. Proinde, quemadmodum ex ד"כ"פ *Küphim* est ortum כ"ב *Kibos*, ut antea monuimus, §. 8. ita pariter ex ד"כ"ן *Tückim* $\theta\eta\kappa\theta$ *Thicos*, & in plurali $\theta\eta\kappa\theta\iota$. Porro $\theta\varsigma$ & $\theta\iota$ sunt Graecae terminationes, quas vocibus peregrinis addunt Hellenes. Hinc ex ש"ך *soch* vel *such* & ש"ך *Toch* aut *Tüch* ortum est non solum $\theta\eta\kappa\theta$ sed & $\theta\eta\zeta$ *tbix*, uti non modo $\pi\acute{\iota}\theta\eta\kappa\theta$ hoc vocatur animal, sed & $\pi\acute{\iota}\theta\eta\zeta$ sine Graeca terminatione. Inprimis vero ex plurali ד"כ"ן Grae.

Graecis fit α aut ω , ut לודים *Ludim* Λύδοι,
 לבים *Lubim* Λύβοι, קופים *Kuphim* Κῦβοι, כרתים
Kerethim κρηται &c. α autem frequentis-
 sime per θ ejusdem organi littera efferri mil-
 le exemplis constaret, nisi & ipsa Complu-
 tensis Alexandrinorum interpretum editio
 θεκίμ haberet pro תכיים. π vero in $\pi\theta\epsilon\alpha$
 censemus esse ipsum articulum praepositi-
 vum, quo Aegyptii vicinique Africae populi,
 unde advenere in Graeciam $\pi\theta\eta\kappa\alpha\iota$, praepo-
 nendo vocibus utuntur, qui a peregrinis lin-
 guarum illarum ignaris cum ipsis substanti-
 vis junguntur. Ita $\phi\iota\epsilon\gamma\theta$ Aegyptiis notat
regem unde quidam nomen deducunt *Pba-*
raonis. Est autem ex ϕ seu π articulo, &
 $\epsilon\theta\omega$ seu *orus* vel *Horus*, notissimo vocabulo
 Aegyptiaco. Celeberrima Aegypti urbs
 בסת *Beseth* addito articulo פ *Pi* dicitur
 פ בסת *Pi-Beseth* Ezech. XXX, 17. Unde
 Graecorum $\beta\upsilon\beta\alpha\varsigma\omicron\varsigma$ & Latinorum *Bubastus*.
 Neque aliunde repetendum esse nomen *Pi-*
ramidum hariolor, quam ex articulo α & voce
 à רום (*rum*) excelsus fuit deducta, quod *Pimmi-*
des molis excelsae opera fuerint in Aegypto.
 Inde & nomen urbis Aegypti Aegyptiorum-
 que regis *Busridis* ex פ π & שור vel שחר, illa
 bovem hac nigredinem denotantibus vocabulis.
 Nam & à שחר *nigrum* esse, Nilus dictus est
 Σιαις Aethiopibus, teste praeter ceteros Dio-
 nyfio Perieg. v. 223. Pariter urbs Aegyptia
 החירות *Hachiroth* ut scribitur Nam, XXXIII, 8.

vocatur cum articulo Aegyptiaco פִּי הַחִירֹת *Phibachiroth* Exod. XIV, 1. unde latinus interpres urbem *Phibabiroth* fecit, Hieronymo autem de locis Ebraicis est *Iroth*, misso plane Hebraeo Aegyptioque articulo. Plura hujusmodi exempla reperiet, cui Kircheri *Prodromum Coptum* evolvere animus est, qui mihi in re praesenti non ad manus fuit. Junge illi Cl. *Oldermanni* Diss. qua *Pharaonis* nomen idem cum פִּי הַחִירֹת esse probare nuper voluit, quod nominis Aegyptii aequae est ex פִּי & חִירֹת oriundum. Etiam Clariss. *Bonjurium* Diss. in *Monumentis Aegyptiaca Bibliothecae Vaticanae* de hoc egisse articulo Aegyptio ex Cl. Clerici *Bibl. Sel. T. XV. art. IV. §. 3.* didici. Memini quidem Doctissimum *Vitringa* ejus exemplis, quibus antiquitatem articuli פִּי in lingua Aegyptia probare annisus est, quaedam opposuisse in nupera editione *Sacrarum obs. L. I. Cap. VI. §. 9. p. 67. sq.* Verum ea tanti non esse, ut rem subruant, facile ostenderem, si longa adeo digressione heic uti liceret. Parum etiam insolens est nominibus peregrinis praeponi articulum & cum ipsa voce jungi. Inde enim ligna מִיָּוֹת *Gummim* (seu resina abundantia מִיָּוֹת נֹחֵמִי quod nobis est *Gummi*.) vel מִיָּוֹת *Mugim* dicuntur praeposito articulo מִיָּוֹת *Algummim* vel מִיָּוֹת *Almugim* 1. Reg. X, 11. 12. 2. Chron. II, 8. XXVIII, 9 -- 11. In hac enim voce מִיָּוֹת esse articulum admodum probabilem in modum

dum observat. Huetius de Navig. Salom.
 Cap. VI. §. 4. 6. Sic urbs Aegypti *Cairus* vo-
 catur nobis *Alcair*, *Chimia* etiam *Alchimia*,
Manach cum Arabibus notet *Calendarium*,
 nos addimus articulum vocamusque *Alma-
 nach*, *קנף* est *arundo* & dicitur *Alcanna*. Ut
 vero Graeci dixerent *ὁ αἰθῆρας* duplicato &
 proprio & peregrino articulo, sic nos de *Al-
 manach* das *Alcair*, die *Alchimie*, die *Algebra*,
 das *Alcala* &c. ignari ipsam vocem exoticam
 illum complecti. Quae cum ita sint, nec
Tuckiim aliud quidpiam quam *αἰθῆρας* seu
simias esse, nobis, usquedum meliora doceamur,
 sit persuasissimum.

§. XII.

Ex quō vero antea probavimus *Tuckiim*
 nomen nil aliud propria significatione invol-
 vere quam *habitatores speluncarum*, quibus
 hoc potissimum conveniet magis, quam *simias*
 quarum perpetua vere vivendi ratio est
 in *speluncis* atque *antris* more hominum? Te-
 stimoniis plena sunt itineraria Africae, adeo
 ut in re nota eorum citare seriem plane su-
 p̄vacaneum ducamus. Memorabilis est
 locus Siculi Diodori, qui à *αἰθῆραις* tres urbes
τρεῖς πόλεις in *Africa* inhabitari scribit, eas-
 que à *simias* Africana lingua nomen acce-
 pisse L. XXV. p. 792. Ed. Rhodom. Διελ-
 θὰς δὲ (de Dinocratis itinere loquitur)
τὴν ὄρησιν ταύτην, ἐρέβαλεν εἰς χώραν ἐχούσαν
πλῆθος πιθήκων, καὶ πόλεις τρεῖς τὰς ἀπὸ τούτων
 Class. II, Fasc. III, li τῶν

τῶν ζώων ὀνομαζομένης εἰς τὸν ἐπιφανὸν τόπον
 τῆς Ἀφρικής μετεμνηνομένης παθηκούσας. Mon-
 tanis hisce superatis, regionem Simiis abundantem
 ingressus, ad tres urbes venit, quae PITHECU-
 SAE, si Graecae linguae more verteris, appellantur.
 Tres istas urbes non proprie civitates fuisse,
 sed loca habitationum conijcere fas est, quas
 simii incolebant. Eas autem esse specus non
 est quod dubitemus, cum à simiis integrae
 civitates condi nec soleant nec possint. Hinc
 cum illa loca à simiis Africana lingua nomen
 naeta sint, Graecorum πῖθησσα significa-
 tione respondens, quidni illa fortasse תוכת
 Tuccoth à תוכת dicta fuisse conijceremus?
 Nam & simili modo locum Succa ob Troglody-
 tarum habitationem in Troglodytica re-
 gione vocatum, antea §. 6. observavimus.
 Ut vero pateat qua ratione Simii in antris ha-
 bitent more humano, non possum non me-
 morabilem quandam historiam referre, quam
 ex Castaneda's Annalibus Lusitanicis, aliisque
 citavit Joh. Casp. Schottus in Phys. Curiosa L.
 VII. Cap. XIX. P. I. arg. 9. p. 754. Cum mulier
 aliquando ob quoddam crimen in insulam deser-
 ram navi deportata esset, eam ibidem expositam
 SIMIORUM, quibus frequens locus erat, (omni-
 bus antra inhabitantibus) agmen circumste-
 tisse fremebundum: Supervenisse unum grandio-
 rem, cui reliqui loco cesserint. Hanc mulierem
 blande manu captam in ANTRVM INGENS
 adduxisse, eique cum ipsum tum ceteros copiam
 pemo-

pomorum, nucum, radicumque variarum appo-
 sisse, & nutu, ut vesceretur, invitasse. Tandem à
 fera coactam ad stuprum. Facinus hoc multis die-
 bus continuatum adeo ut duos ex fera liberos pe-
 pererit; ita miseram vixitasse per aliquot annos
 (in spelunca cum simio) donec Dominus misertus
 navem eo Lusitanicam detulisset, cumque milites
 in terram aquatum ex proximo ad ANTRVM
 fonte exscendissent, abessetque forte fortuna S I-
 MIVS; Foeminam ad invisos diu mortales accur-
 risse, & accidentem ad pedes supplicasse, uti se fa-
 cinore & calamitosissima servitute irent ereptum:
 assentientibusque & casum miserantibus illis, eam
 cum ipsis navem ascendisse. Sed ecce, tibi, in-
 quit, Simium supervenientem inconditis gestibus
 & fremitibus conjugem non conjugem revocantem.
 Ut vidit vela ventis data, concito cursu de liberis
 unum macri ostentat, minaturque, ni redeat, in
 mare praecipitaturum. Nec segniter fecit quod mi-
 natur. Tum recurrit ad ANTRVM & eadem ve-
 locitate ad littus rediens ostentat alterum, mina-
 tur, & demergit. Atque haec de simiarum in spe-
 luncis habitatione, ut re nota, satis.

§. XIII.

Quandoquidem vero tuemur Ophir ac Tar-
 sis Iberiam & Tartessum denotare, classemque
 Salomonis illuc eundo redeundoque Africae
 legisse littora quae mari adjacent mediterraneo,
 ibique ejus pariter mercibus Africanis & in-
 digenis animalibus onustam esse; Observan-
 dum hanc in rem, Africae tractum ab Aegypto

usque ad *Herculis columnas* innumera *Simiarum* copia, quae montes inhabitant, abundare. Fatetur hoc Bochartus Hieroz. P. I. L. III. c. 31. & Oldermannus cit. Diss. sect. I. §. 22. Testatur id ipsum de illo terrarum ambitu, quem *Barbariam* vocamus, Dapperus in descript. Africae p. 172. So finden sich auch auf den Bergen und in den Büschen vielerhand wilde Thiere: sonderlich NB. eine ungläubliche Menge Affen &c. Id ipsum & alibi passim monet. Ex veteribus docuit hoc Solinus Polyh. c. 27. ubi de regione Cyreanica & Africa proprie dicta agit. OMNE autem LATIFUNDIUM, inquit, quod inter Aegyptum, Aethiopiam, Libyamque diffunditur, quacunq; lucis opacum est, varium implevit SIMIARVM genus. Et dein: PLEBES SIMIARVM (hoc est multitudo: *πῖθηκων δῆμος*) in his est quas PASSESIM videmus, non sine ingenio aemulandi, quarum varia genera refert ab vulgaribus diversa ut Cercopithecus, Cynocephalus, Sphingas &c. Idem docebunt insulae *πῖθηκῶν* sitae prope Naxicas in mari mediterraneo ex adverso Collopi magnae urbis Numidiae, Scylace auctore, Periplus p. 50. Ed. Oxon. Harum enim a frequenti Simiorum multitudine nomen fuit, plane uti *πῖθηκῶν* in Africa antea ex Siculo Diodoro commemoratis. Neque minus prope Campaniae littora insula *Pithecusae* hinc nomen sortita est ut late refert Ovid. XIV. Met. v. 90. sqq. quamvis adversantem habe-

habeat Plin. L. III. c. 6. qui a *figlinia doleario-*
rum nuncupatam vult, qua tamen in re ipse
 alios refellens notandus est. Α πῖθος enim,
 quod *dolinos* est, venit quidem πῖθσσα, πῖθα-
 κνη, πῖθακνιον, verum minime πῖθηκσσα, quam
 ex πῖθηκος formatam esse ipsa nominis osten-
 dit ratio. Praeterea vero pluribus de *simio-*
rum in Africa *multitudine* agit Strabo L. XVII.
 p. 827. refertque ex Posidonio historiam, cui
 ex *Gadibus Italiam* petenti & ad *Libyae* haec
 littora delato sylvam *mari vicinam* vidisse con-
 tigit *simiis* plenam, quorum ridiculas gesticu-
 lationes multo non sine risu conspexerit.
 Isidorus L. XIV. orig. c. 5. de *Mauretania*:
Regio, inquit, *gignens feras*, SIMIAS, *Draco-*
nes, & *Struthiones*. Pluribus in re clara non
 opus esse testimoniis auguramus.

§. XIV.

In alia vero omnia potius quam *Simias* nos
 vocare videtur Josephus A. J. L. VIII. c. 2.
 ubi de classe hac *Ophiritica* agit, ejusque
 merces, quas attulit, referens, ait ἀργυροσ-
 κῆ χρυσὸς ἐκομίζετο τῷ βασιλεῖ, καὶ πάλυς ἐλέφανς,
 Αἰθιοπῆς τε καὶ πῖθηκοι: Haec si conferas
 cum *Sacris* accurate satis convenit illis cum
 Josepho, nisi quod dubium sit de voce
 Αἰθιοπῆς. Hinc ea de re Bochartus Pha-
 leg. L. IV. c. 29. p. 281. In his Josephi
 Aethiopum vox respondet Hebraeae אֵתְיוֹפִים
 quam alii pavos exponunt, ut sint iidem qui
 אֵתְיוֹפִים permutatis ו ו ד. Verum si ordinem

mercium observes, quo facer scriptor utitur,
 potius *Aethiops* responderent voci קפ"ם quam
 תוכיים, ultimaque alteri αἰθίοπων, quos eos-
 dem esse probavimus. Nisi etiam me fallunt
 omnia, Josephus codices habuit in quibus
 כוש"ם *Cuschim* scriptum fuit pro קופ"ם. Fa-
 cillimus enim est lapsus scribentis inter ש & ד
 atque ק & כ ductibus & pronuntiatione non
 absimiles litteras, idque nemini, cui varia ve-
 terum orthographia perspecta, mirum vide-
 bitur. Sic קכ"ה arundo scribitur ככ"ה Ps. LXXX,
 16. כוש"ם vero reddi à Graecis interpretibus per
 Αἰθίοψ nemo facile ignorabit, plurimaque
 exempla in promptu erunt consulenti Kircheri
 concordantias. Alias ego divinando adse-
 qui non possum, qui vel ex קופ"ם vel תוכיים
 illud Αἰθίοπων excudi potuerit. Bocharti
 quidem elegans est observatio quod videan-
 tur תוכיים tum convenire cum illo סכיים 2.
 Chron. XII, 3. ex mente Josephi; attamen
 cum סכיים sint proprie *Trogodytae*, ceu antea
 vidimus, qui hic generalius nomen occur-
 reret Αἰθίοπων? Id tamen observari velim,
 quod si vera esset de hoc Josephi loco Bo-
 charti conjectura, eam maxime nostram de
 origine vocis תוכיים sententiam, quod habi-
 tatores speluncarum denotet, comprobare,
 utut ego eodem antea, quod maxime du-
 bium esset, ubi noluerim argumento. Si ve-
 ro utriusque nostrum lectori displiceat de
 hoc Josephi loco conjectura, videat num pro-
 babi.

babilior sit *Huetiana*, cum Ill. Praesul C. VII.
 de Nav. Sal. §. 7. haec de *Aethiopibus* à Josepho
 non ex Sacris litteris hausta, sed vel ex *conje-*
ctura, ut loquitur, sive quod ipsi potius vi-
 detur, ex *vetustioribus monumentis*, praeter ea
 quae S. litteris continentur, addita censet.
 Attamen, ut verum fatear, cum ceterae mer-
 ces, quas retulit Josephus, conveniant illis
 in Sacris litteris memoratis, & haec de *Ae-*
thiopibus inde petita esse aequè crediderim.
 Quod etiam Vir Doctiss. addat *hinc certo sciri*
posse Tharsis Josepho fuisse Africam, id ea inter-
 stinctione concedo, si Africae *partem* intel-
 ligas quae mari *Indico*, minime vero quae *me-*
diterraneo aut *Oceano Atlantico* alluitur. Jo-
 sepho enim eadem est navigatio tum quae in
Ophir tum quae in *Tharsis* peracta. *Ophir* au-
 tem ille collocat ἐν γῆ τῆς Ἰνδίας. In terra IN-
 DIAE & quidem χρυσῆ aurea, praecipue ve-
 ro vult esse regionem Σοφίαν. Hinc *Ae-*
thiopes minime alios intellexit Josephus nisi
 qui ex ea *Africae* parte, quae mari *Indico* vi-
 cina, venire potuerint. Cur itaque Huetius
 hic servos *Mauros* citat ad Josephi illustratio-
 nem, de quibus ille ne quidem per somnium
 cogitare potuit, quod eorum regio Oceano
 Atlantico, marique proxima sit mediterraneo?
 Hoc vero probe notandum duximus,
 ne Josephi sententiam cum *Huetiana*, cui
 Tarsis est *Tartessus* & vicina *Africae occidentalis*
 ora, confundamus.

S. XV.
 Quod si vero **אֲשֵׁרִי** sunt *homines*, ut Bo-
 chartus ex Josepho argutatur, & quidem *Ae-*
thiopes; ego à sacro scriptore non illos ex
 mente Josephi *Aethiops* indicari mari rubro
 proximos, sed plane ex adverso ejus senten-
 tia *Numidas* & *MAUROS* intelligi crederem.
 Id vero partim ex hypothese sententiae meae
 de situ *Ophir* & *Tarsis* conjicerem, partim quod
 ad nomen *Afris* illis non possit videri dis-
 conveniens. Tum enim nomen **אֲשֵׁרִי** non
 ex ea significatione vocis **תִּגְרִי** qua speluncam
 denotat, ut antea, sed qua *tugurium*, *taberna-*
culum, quae omnium pervulgatissima est, de-
 ducerem, eaque *habitatores tuguriorum* innui
 crederem. Etenim ut omnes *Afri* eo tem-
 pore, & maximam partem hodiernum, sic
 praecipue *Mauri* & *Numidae* *αυριται* erant &
αυριται cum *tuguriis* suis *Schytarum* more
 hinc inde palabundi, unde *vagi Numidae*
 Lucano L. IV. *Pharsal.* v. 677. & vicini *Ma-*
fyli *αυριται* Dionys. *Perieg.* v. 187. dicun-
 tur. *Numidae* hinc Graecis *νομαδες*. *Plin.*
 L. V. c. 3. *Numidae vero Nomades* à permu-
 tandis *pabulis*, *μαπαλια* sua hoc est *domos plau-*
Afris circumferentes. confer. *Isid.* L. XIV. orig.
 c. 12. De *tuguriis Maurorum* vide *Servium*
 ad *Virgil.* III. *Aen.* v. 339. & ad IV. *Aen.* v. 259.
 coll. ad I. *Aen.* v. 521. indeque *Maurorum at-*
regiae *Juvenal.* Sat. XIV. v. 196. Adde & *Isi-*
dor. L. IX, or. c. 2. Verum cui ille non di-
 ctus

Etus Hylas, & quis est qui rei in vulgus notissima probationem ampliore exigeret? praecipue cum inde tot loca Africae & maxime Numidiae, Mauretaniaeque nomen *Succa* vel *Tucca* nacta sint, ceu §. 8. monuimus. Optime itaque hi in *tuguriis* habitantes populi à שוכה vel תוכה dicti fuissent תוכים. His vero populis Salomon usus fuisset ad *servitia* eaque ut videtur omnium vilissima ad quae ab omni aevo ad hodierna tempora haec nigra gens conducta fuit, quapropter tot Aethiopes *servi* memorantur veteribus, ceu pluribus optime probavit citato loco πολυμαθής Huetius. Praecipue vero *Maurusiorum* gens ceteris *serviebat*. Hinc Juvenal. Sat. V. v. 52. Tibi pocula cursor

GAETVLVS dabit aut NIGRI manus ossa MAURI

Pocula enim dare erat servorum. Pariter *Gaetulus Ganymedes* occurrit ibidem v. 59. pro *Mauro servo & pincerna*, ut optime vetus *Ischoliastes* explicuit. *Mauri* quippe & *Gaetuli* saepius Poëtis ponuntur promiscue, velut cum idem *Satyricus* Sat. X. v. 158. *Gaetulam belluam* vocat *Elephantum*, quas *Mauretania* gignebat *belluas*. *Cogisantram* *servum Maurum* habes apud *Martialem* L. VI. Ep. 39. atque *impudicae Maurae* ut *vilissimae servae* meminit *Juvenal* Sat. VI. v. 307. Inde *Anonymus* autor in *Expof. totius Mundi* p. 268. Ed. Gronov. Deinde girantem ad *Austri terras*

invenies terram MAURITANIAM, homines BARBARORUM vitam & mores, tamen Romanis subditi, quae provincia vestem & MANCIPIA negotiatur. Referuntur nec minus pueri Mauri & Syri, qui servi erant, & Augusto deliciarum causa undique conquisiti apud Sueton. Aug. c. 83. Experior itaque quam difficile sit vocis quae ἀπαξ aut δις λεγομένη certam indubitataque significationem iudicio discernere, ut dudum me haec ipsa meditatio de Mauris Scenitis, numne alteri de Simiis praeferrem, suspensum habuerit, atque etiamnum dubius haeream, eaque de causa eruditioris hominis industriae meditandam discutiendamque haesitationem illam propinem. Quamvis enim Mauri forent תוריים, potest tamen & vi significationis πειθήκω nomen aequè esse ex תוריים, nominibus ex uno passim genere ad plura descendentibus.

§. XVI.

Fui etiam quondam in ea sententia per תוריים GALLINAS NUMIDICAS indicari, quod principio Dissertationis monebam. Ejus mihi haec constabat ratio, nixa Magistrorum Judaicorum fide, tradentium Gallinae inter alia fuisse nomen סכות Succoth. Nam celeberrimi Rabbinus 2. Reg. XVII, 30. סכות בנות succoth benoth explicant per תרנגולת עם אפרוהיה GALLINAM cum pullis suis qua in re Kimchius antiquissimorum magistrorum auctoritatem citat, intelligens

gens fortasse Magistros Misnicos, qui in Misna Sanhedrin Misn. VII. fol. 63. b. eodem modo locum eundem explicuerunt. Quamquam autem ego huic sententiae Rabbino- rum accedere quo ad biblici loci sensum no- lim, de quo alia viri docti copiose docue- runt, & inter eos praecipue Seldenus de Diis Syris L. II. Cap. 7. Attamen olim *gallinis* nomen סכּוּת fuisse optima ratione exinde constare existimo. Nam & סכּוּי *Secui* Rab- binis antiquitus תרנגול *Gallum* notavit ut ex codice Roschi Haschana fol. 26. a & Kimchio ad 2. Reg. XVII, 30. apparet. Inde & Magi- stri Judaici de *Gallo* explicant locum Jobi Cap. XXXVIII, 36. de cuius sensu ex diversis in- terpretationibus eruendo hic non est disse- rendi locus, ne nimis extra oleas vagemur. Juvabit tamen Bochartum Hieroz. P. II. L. I. Cap. XVI. n. 6. consuluisse. Nomen itaque quod *Gallo* fuit סכּוּי & *Gallinae* סכּוּת deduco ab ipsa illa voce סכּה quam toties produxi- mus. Ea enim ut non modo *tugurium* & *ta- bernaculum*, sed & quodvis *domicilium latibu- lumque ferarum* denotare potest, velut antea comprobatum; ita & *cavea* atque ἐγυδορ- φιον (ein Hühner-Haus) in quo gallos gallinas- que cicures alimus, eodem jure סכּה vocari potest. Etiam sylvestres gallinae in סכּוּת seu speluncis montium habitant & nidulantur. Quo circa hoc nomen à Numidicis *Gallinis* *Gallisque* non usque adeo fore alienum, per- spici-

spicimus. Quippe ex תוכן *Succa* lingua Barba-
 ra factum fuisset תוכן *Tucca* & hinc תוכן *Tu-*
ckium istiusmodi *cavearum incolae* dicti fuis-
 sent. *Gallinae* autem *Numidicae* admodum fuere
 veteribus in deliciis toties à scriptoribus, cum
 de opiparis cibis agunt, memoratae, quo ea pro-
 pter non minus a *Syro-phoenicibus* & *Hebraeis* ac
Graecis Romanisque avide in regiones exteras
 traductae videantur. Consulendi ea de re
 pluribus sunt viri docti ad *Petronii* Cap. 55.
 & 93. & *Juvenalis* Sat. XI. v. 142. praecipue
 vero *Bochartus Hieroz.* P. II. L. I. Cap. XIX.
 quorum doctissimis observationibus non est
 quod addam, nisi hunc *Suetonii* locum,
 quo *Caligulae* excogitatissimas hostias, aves-
 que exteras πολυτιμήτας *Numinibus* maeta-
 tas, commemorat *Calig.* Cap. 22. *Hostiae*
erant phoenicopteri, pavones, tetraones, Nil-
MIDICAE, meleagrides, Phasianae, quae gene-
ratim per singulos dies immolarentur. Ubi pro-
 be nota *Numidicas* à *meleagribus* distingui,
 quas utut variis rebus distinctas, ob magnam
 similitudinem, scriptores toties confundunt.
 Adde *Martialem* L. XIII. Epigr. 73. quod in
 has *Numidicas* teste titulo composuit.

Anser Romano quamvis satur Hannibal esset

Ipsè SILLAS nunquam Barbarus edit AVES.
 Vocat *Numidicas* Hannibalis aves quod ipsi
Poenò, Numidisque vicino olim domesticae
Carthagineque Romam delatae sint, quas Han-
nibal prae anseribus Romanis fastidivit, Ro-
 maais

manis contra Numidicis inhiantibus : Ut domestica spernimus, appetimus peregrina. Augebat vero nostram de gallinis Numidicis conjecturam, quod illae aves *Africae* propriae sint, adeoque hinc una cum mercibus ceteris Europaeis & Africanis classe *Ophiritica* in *Asiam* & *Palaestinam* illatae videri possent. Hanc tamen conjecturam, quam pariter nondum usque adeo sperno, δεύτερον φρονιδες de simiis, atque antea expositum vocis πιδυκῶ etymon, minus probabilem reddiderunt.

§, XVII.

Sed ut conjecturarum fatis fit, eo denique defungamur opere, quo *Celeb. Oldermani* de מורית sententiam paucis examinemus, praecipue quod ejus hypothesis nostrae de situ *Ophir* & *Ibarsis* non abfimilis sit. Tandem, inquit, *Pinedae Meleagrides* placent. Fuit certe in nostra *Africae* ora peculiare avium genus, quod alibi nusquam nisi inde exportatum, ut patet ex hisce *Scylacis* p. 50. quem citat ex pessima emendatione *Salmasii* : Ita autem legitur p. 52. Ed. *Hudson.* & p. 122. Ed. *Gronov.* αἱ δὲ φρονιδες ΑΙΜΕΛΕΛΙΦΙΔΕΣ ἐνλαῦθα εἰσιν, αἱ δὲ ἔδαμῶ, αὐ μὴ ἐνλαῦθον ἐξαχθεσιν. Vertit *Isaacus Vosius* *Meleagrides* aves ibi sunt, alibi vero nusquam nisi inde exportatae. Haec vero versio *Salmasianae* conjecturae non textui adposita est. Is enim corruptae voci ΑΙΜΕΛΕΛΙΦΙΔΕΣ substituit μελεαγριδῶς, &

ἑξαχέουσι mutatio ἑξαχθῶσι Exerc. in Solin.
 p. 612. Salmasio enim viventi, cum Scylacem ederet Vosfius, mire adulabatur, quem postea mortuum in observationibus ad Melam tot convitiis excepit. Mirum ea propter Vosfium non Gronovio heic loci ut toties levioribus de causis vapulasse. Nos quidem ultimam harum emendationum probamus, priorem vero plane respuimus. Nam *meleagridum* patria non est *Africa* atque cum maxime haec ejus *occidentalis* ora, sed *India*, unde in vicinas *Asiae* regiones invectae, ut pluribus loca veterum testabuntur quae Bochartus collegit Hieroz. P. II. L. I. C. XIX. ibidemque loci ipse Salmasius. Frequentissimas autem illas esse in quibusdam *maris Erythraei* insulis juxta Troglodyticam sitis praeter Strabonem L. XVI. docet Agatarchides de mari rubro p. 54. Ed. Oxon. Qui itaque *meleagrides* à Scylace dici potuissent *solum* in oceani *Atlantici* lacubus, *Africae* extra Herculis columnas vicinis, esse & nullibi reperiri nisi exinde deportentur? Qui, hinc in *Indiam* delatae, & in *mare rubrum*? Qua via, precor, Salmasi, & quo modo tum temporis? Neque etiam in his oris quas Scylax describit sunt *meleagrides* nisi contra ex *Asia* illac deportatae. Ne tamen existimes *Numidicas* indicare Scylacem, quas cum *meleagridibus* saepe confusas novimus, obstat locus, ubi *solum* has aves, de quibus agit Scylax,

lax, reperiri, ut *nativa patria*, testatur. Is
 vero est ΛΙΜΝΗ μεγάλη *LACUS ingens*, qui
 vicinus est urbi Pontio, quae adjacet media
 κόλπω μεγάλῳ *magno sinui*, qui naviganti ex-
 tra Herculis columnas atque ἐχονῆ τὴν Διβύην
 ἐν ἀριστερῷ usque ad *Hermacum* exhibetur *pro-*
muntorium, ut clarissime autor exponit. αἱ δὲ
 ὄρνιθες, inquit dein, ἐν ἰαῦθα εἰσὶν. Aves illae
 in eo *LACU* sunt & nusquam alibi nisi inde de-
 portatae. *Numidicae* autem in universo A-
 fricae tractu qui ab Aegypto ad *Guineam* per
 littus extenditur, maximo numero abun-
 dant, unde *Francis Gallinae Guineae* vocantur.
 Hanc praeterea sententiam manifesto subru-
 imus argumento, quod meleagrides non sint
 λιμναῖοι seu quod in *palustribus* locis non de-
 gant, ut has aves diserte λιμναῖοι fecit Scylax.
 Quantum ego conjectura adsequi possum,
 Scylax mentionem heic fecit *PHOENICO-*
PTERI. Quantumvis enim & de avibus
 Fortunatarum insularum, quas hodie *Can-*
arias vocamus, cogitari possit, (nobis *Rana-*
rien • *Bögel*) quae nullibi nisi in his vicinis-
 que locis sunt nisi inde aliofsum deportentur:
 non tamen, ut alia praeteream, sunt λιμναῖοι
 sive *palustres*, atque adeo *perpusillae* sunt ut po-
 tius ὄρνιθῶν quam ὄρνιθῶν nomen mereantur.
Phoenicoptero autem ea conveniunt singula
 quae de his avibus memorat Scylax. Est
 enim (1) *palustris*, atque (2) nullibi nisi in his
 reperitur regionibus, unde *rarius* in ceteras
 expor-

exportatur. Prius clarissime docebit Aristophanes illustri loco in Avibus v. 272. ubi inter ceteras alites ostentans illam, ita fatur.

Ἐπ. Οὗτος ἔ τῶν ἡθάρτων τῶνδ', ὃν ὄραθ' ὑμεῖς
αἰ,

Ἄλλὰ ΔΙΜΝΑΙΟΣ. Πι. βαβαὶ καλὸς γενεῆ
ΦΟΙΝΙΚΙΟΣ

Ἐπ. Ἐικότως, ἢ γὰρ ἐνομ' αὐτῷ γ' ἐστὶ ΦΟΙ-
ΝΙΚΟΠΤΕΡΟΣ.

Ep. Haec non est una illarum familiarium avium,
quas videtis continuo

Sed PALUSTRIS. Πι. παραε! pulchra sane
& PUNICEA

Ep. Quidni? siquidem & nomen ipsi sit PHOENI-
NICOPTERO.

Apparet inde non modo palustrem esse avem
Phoenicopterum, sed & peregrinam quae rari-
us Athenis conspiciebatur. Idem observat
vetus Juvenalis Scholiastes praeterea que re-
gionem, unde advecta, indicat ad ea Sat. XI.
v. 139. *Ec Schyticae volucres, & PHOENI-
COPTERUS ingens: Genus avis, inquit;
PHOENICOPTERUS, quae habet pinnae co-
lore Phoenicio: in AQUA semper est, abundans
in AFRICA.* Clarius & propius ad Scylacis
illustrationem fretum Herculeum, unde Phoe-
nicopterus devecta est, memorat Suetonius
Vitellio c. 13, agens de primae magnitudinis
patina *Clypeus Minervae* dicta, qua luxuriei
causa immensam magnitudinem piscium
aviumque Vitellius apposuit. *In hac, inquit,*

Scate

Scarorum jecinora, Phasianorum & Pavonum cerebella, linguas PHOENICOPTERORVM, muraenarum lactes à Parthia usque FRETOQUE HISPANIAE, per navarchos & triremes petitarum, commiscuit. Nulla harum avium pisciumque à Freto Hispaniae cum petita fit nisi Phoenicopterus, me monitore haud opus est, ea verba freto Hispaniae tantum ad Phoenicopterum referenda esse. Atqui vero aves, quarum apud Scylacem mentio, in lacu commorantur, qui FRETO HERCULEO proximus est. Quenam igitur hae aliae essent, nisi Phoenicopteri, qui illud nominis à rubicundis nacti sunt pennis. Hinc fortasse προμελελιφιδες apud Scylacem legendum λιμναῖοι φοινικίδες atque ita locus interpretandus. Ibi sunt (in memorato lacu) Aves palustres coloris rubicundi, quae nusquam alibi sunt &c. Hae enim literae junctim scriptae aliquam cum illis corruptissimis ignorantia librarii, habent affinitatem. Nam & avis haec Aristophani est φοινικίς loco memorato, & Martialis de eadem L. XIII. Epigr. 71. teste inscriptione:

Dat mihi PENNA RUBENS nomen, sed
lingua gulosis

Nostra sapit

Pariter avis ab eodem L. III. Ep. 58. inter delicatiores memorata, quae nomen debet RUBENTIBUS PENNIS, est Phoenicopterus. Sed

Class. II, Fasc. III,

Kk

nec-

necdum in emendatione ut quidem in explanatione loci totus mihi placeo.

§. XIX.

Neque tamen ut in viam redeamus, metamque attingamus dissertationis, aut *Phoenicopterus* ut hariolari quispiam possit, aut *Meleagrides* sunt מוכיים, ut Cl. Oldermanno, Pinedae assentienti, videtur. Ostendendum enim esset qua ratione *Phoenicoptero* nomen illud מוכיים conveniret, quod certe avi palustri, quamcunque hujus vocis significationem mediteris, haud appositum est. *Meleagrides* vero cum tanta copia sint in vicinis *Troglodytices* regionibus, ut antea vidimus, quae *Palaeestinae* proximae, nescio numne illae dudum ante Salomonis aevum terrae Judaicae incolis innotuerint. Saltem hinc multo felicius propiusque, quam *Ophiritica* classe ex *longinquiribus* multo terris peti potuisse videntur. Quibus animadversis, cetera quae de מוכיים dici possent, cum deduci inde illustrarique posse auguramur, eo nos longioris dissertationis opere sublevari sentimus. Quemadmodum vero haec ipsa exercitatio, ita & ceterae, quae illam, ad *navigacionum Ophiriticarum Salomonis & Hiram* illustrationem excipient, solo atque unico veri in rebus obscurissimis ex antiquitate retrusiori indagandi studio exarabuntur. Quapropter; ut aliorum sententias saepe

saepe ea relinquere de causa cogimur, ita
& lectori erudito hortatores existimus, quo,
si quid his melius noverit, à nostra libe-
re faciat divortium, melioraque impertiatur.
Utemur ad eandem rem pari incentivo, quo
elegantissimus poëta *Joannes Commirius* ab
Illustri *Huerio* eruditissimam de *Navigationibus*
Salomonis commentationem extorsit.

Pande viam, ditesque ignota per aequora
terras

Quaerentem, scopulos coecaque saxa,
doce.

Non vefanus opum, contentum simplici
vita,

Urget amor, VERI sola cupido tra-
hit,

Cernere si *verum* dederis, non dives *Hi-*
ramus,

Non *Salomon* nobis se feret ipse parem.

Brevis relatio de motibus

Religionis causa in Comitatu SAY-
NENSI obortis &c.

five:

Kurze und gründliche Nach-
richt, von dem Zustand der Refor-
mirten Kirchen / und bishero in Eccle-
siasticis entstandenen Irrungen in der
Graffschaft SANN / wie sich solche un-
ter seiner Hochfürstl. Durchl. dem Hrn.
Herzogen zu Sachsen-Weissenach /
wie auch des Hrn. Burg-Graffen von
Kirchberg Hochgräflichen Excell. als
dermahligen in besagter Graffschaft
SANN / regierenden Lands-Herrschaf-
ten / und dero Vorfahren nach und nach
hervor gethan / und bis hierhin con-
tinuirt worden.

A. 1718. fol. I. Alph. 7. pl.

Ingentis profecto, atque inaeſtimabilis
beneficii loco habenda est ſacrorum li-
bertas, quae utrique parti, quae a Ro-
manae ecclesiae conſortio diſceſſit, pa-
cis Weſtphalicae ſtatutis conſeſſa ac
ſancita fuit. Eo autem mirandum, do-
lendumque magis eſt, non deſuiſſe ab
omni

omni tempore turbulentos, atque quietis impatientes homines, qui, pacem illam, quantum in se est, turbare, atque in nonnullis fidei capitibus à se dissentientes à pacato rerum, quibus fruebantur, statu dejicere omnibus modis tentarunt. Aegre sane nobis est, quod pro instituti nostri ratione ejusmodi nostrae quoque tempestatis publicae tranquillitatis turbatorum mentio injicienda, occasionem nobis suppeditante ipso hoc scripto, cujus ut titulum modo legisti, ita argumentum nunc tibi brevibus exhibebitur. Est in circulo Westphalico propter Rhenum juxta ejus & Mosellae confluentes Comitatus antiquissimus SAYNENSIS, cui hodie cum Serenissimus princeps Dux Saxoniae Ifenacensis JOHANNES WILHELMVS. tum illustrissimus Burggrafius Kirchbergensis GEORGIUS FRIDERICVS imperant. In eo inde ab anno quinto saeculi superioris religio Reformata, auspiciis WILHELMI, Comitis Saynensis & Witgensteinensis, primum introducta floruit, ejusque libero exercitio illius ad seclae (NB.) SOLITARIE & private, (quod nulli inter eos viverent I. A. C. addicti, sicut & his diebus perpauca illorum ibi reperias) pacate, & sine omni impedimento, & contradictione; annis praesertim decretoriis, 1624. & 1648. fructi sunt. Cum autem circa annum 1652. adeoque post pacem Westphalicam Comitatus ille

DOMINIS parere coepisset Evangelico-Lutheranis, ab omnibus quidem & singulis jura, immunitates & privilegia in sacris aequae, ac politicis solemnissime confirmata fuere, ministris tamen illorum, causis inducti, de quibus olim Iudex coeli, ac terrae iudicium ferret, nihil sibi omittendum esse rati sunt eorum, quibus & infestos Reformatis redderent Ducum, Comitumque animos, sacra illorum turbarent, eorumque usum, si fieri posset, extinguerent funditus. Hinc passim vidisses eos suae communionis verbi divini praecones introduxisse, iis exercitium religionis in ipsis templis, quae Reformatorum erant, non sine gravissimis horum incommodis & sacrorum perturbatione permitti, redditus ecclesiarum & scholarum his ademptos illis adjudicari. Abrogatis Ludimagistris Reformatae religionis in eorum locum surrogari Lutheranos. Parentes sub comminatione militaris executionis adigi, ut liberos suos horum disciplinae formandos vel inviti tradant. Presbyteria & conventus clasicos nostrorum hominum impediri modis omnibus, atque sustolli, & his e contrario usum librorum Liturgicorum Lutheranae ecclesiae obtrudi. Consistoria sive senatum ecclesiasticum Lutheranorum institui, illiusque ut imperata faciant, cogi Reformatos. Interdici Pastoribus, ut vicinas ecclesias, suis Pastoribus orbatas sacrorum symbolorum participes.

cipes faciant. In Presbyterorum Reformato-
rum, qui diem suum obierant, locum suffi-
Lutheranos. Ecclesiis, de jure nominatio-
nis atque electionis Pastorum suorum, quod
illis a longo temporum tractu competierat,
permolestas lites moveri. Illis, qui jurium
suorum, ac sacrorum libertatis conservatio-
nem licitis modis, eaque, quâ par erat, mode-
stia, tuebantur, graves irrogari multas, verbe-
ribus excipi indignè, terreri minis atque in-
tetros carceres compingi. Reformatos ab of-
ficiis honoratioribus removeri, e foro & se-
natu expelli. Orphanos Reformatis geni-
tos parentibus ad Lutheranam religionem
quovis modo adigi. Illorum educationem
contra defunctorum Parentum intentionem
Lutheranis demandari. Hos illos in ipso
publico cultu aperta vi adoriri. & tantum non
armata manu e templis suis ejicere. Eccle-
sias, in quibus numerus sacra eucharistia
utentium CCC. excedebat, surrogato in de-
functi locum Pastore Lutherano, eique sti-
pendio, quo Reformatus fruebatur, assigna-
to, indictaque Reformatis, sexcentorum Im-
perialium multa, si introductioni Luthe-
rani Pastoris adesse recusarent, omni fere sa-
crorum usu, & vel in ipso mortis articulo so-
lacio orbari.

Quid frontem contrahis, LECTOR, at-
que haec à Protestantibus in Protestantes fie-
ri posse ambigis? Egomet ipse, cum haec legi,

oculis meis vix fidebam, sed nihil horum narratur, quin authenticis, dubitationemque omnem respicientibus documentis probetur. Narratur quidem Reformatorum gregem nunquam prorsus partibus suis defuisse, sed cum aliter non posset gemitibus, supplicibus libellis, voce & contradictionibus malorum finem quaesivisse, sibi que jura omnia divina atque humana reservasse. Impetrarunt quoque literas intercessionales aliorum magnorum Principum, sicut heic quoque, FREDERICI WILHELMI, Electoris Brandenburgici, FRIDERICI, & FRIDERICI WILHELMI, Regum Borussiae, CAROLI, Hassiae Landgravii, ipsius adeo Serenissimae principis Saxo-Isenacensis ad Serenissimum principem, Maritum suum, epistolae leguntur, quibus molliora ac tranquilliora tempora Saynensis Comitatus incolis à Dominis suis impetrare conati sunt. Sed nequidquam omnia. Tantum enim adest, ut votorum suorum facti sint compotes, ut potius in illos, qui ejuscemodi literas obtineri curarunt variis modis, exilio, multis, carceribusque fuerit saevitum; ipsis praeterea ecclesiarum Ministris, ut omnis illis querimoniae suas ad alios deferendi aut petendi consilium ansa praescinderetur, sub gravi poena a suis coetibus ultra quatuor & viginti horas abesse, prohibitum fuerit, ita ut ferme nemo amplius pro asserenda religionis causa vel mutire

mutire fuerit ausus. Coacti tamen sunt mi-
 seri, iisdem tandem uti mediis in asserendis
 juribus suis, quibus olim Divo Apostolo
 Paulo uti placuit, quando coram Festo reli-
 gionis causa accusatus ad Caesarem provo-
 cabat, quod in Apostolorum actis capite
 XXV, legitur. Proinde opem augustissimi
 Caesarei & imperialis iudicii, quod Wetzla-
 riae institutum est, supplici petitione implo-
 rarunt, & à Caesarea maiestate, *decreta provi-
 sionalia*, ut vocant, *mandata inhibitoria*, tam
 laxiora, quam & arctiora *de non amplius tur-
 bando*, *sed omnia in pristinum statum reponendo*,
 obtinuerunt. Sed cum illis decretis morem
 gerere adhuc recusaverit adversa pars, non-
 dum tantorum malorum impetrari potuit
 medela. Bonum interea factum est, & de
 quo nobis non parum habemus gratulari, ini-
 quitatem rei tam manifeste in aliorum, in
 quibus nulla studii partium haerere suspicio
 potest, oculos incurrisse, ut temperare sibi
 vix potuerint, quin graves de illa querelas
 effunderent. Factum illud est à Comite
 Manderscheidensi, SALENTINO ERNE-
 STO, cui par cum aliis in eas terras domi-
 nium est, qui, tametsi partibus Romano-Ca-
 tholicis adhaerebat, in literis tamen ad Sere-
 nissimam Principem Isenacensem jam a. 1693.
 scriptis, se ab illis vexationibus, quibus Lu-
 thèrani Reformatos infestabant, abhorrere,
 significantibus atque exquisitis verbis testa-

tus est, quibus inter alia confitetur, *libertatem conscientiae in angustias quidem redigi, ac non opprimi posse.* Quantivis etiam pretii responsum est, quod facultas Academiae Moguntinensis una cum rationibus dubitandi & decidendi dedit, in quo ex disertis praecipue pacis Westphalicae verbis (quibus sancitum fuit, ne principi vel Domino, qui post illius factae pacis tempora sive jure successionis, vel quocunque alio titulo ditionem nactus fuerit, fas sit publicum religionis exercitium, leges aut constitutiones ecclesiasticas haecenus ibi receptas immutare, neque templa, scholas, aut eo pertinentes redditus, pensiones &c. prioribus adimere, suorumque sacrerum hominibus applicare. NB. *Ullumve aliud impedimentum aut praejudicium directe vel indirecte alterius sacris afferre &c.*) hanc subductis rationibus faciunt cogitationum summam, ea, quae in dictis Comitatus religionis causa acciderunt, tanquam actus turbativos ac violendos esse abolenda, atque ita exercitium Religionis Reformatae cum annexis in pristinum statum esse collocandum, atque ut id obtineatur, instituta *actione fractae aut violatae pacis religiosae* auxilium à judicio Caesareo Wetzlariensi esse petendum. Idque fieri debere eo magis, quod nondum decisalis sit, ad quem Dominum jure legitimo ille Comitatus pertineat, cum, etsi, qui nunc illi imperant, in *jure possessorio* constituti sint, Comitibus tamen Witgensteinensibus, qui
 Refor-

Reformatam religionem profitentur, *jus pe-*
torium, quod vocant, in illas terras reserva-
 tum sit. Neque solum extra partes positi
 Pontificii ejuscemodi machinationes impro-
 barunt, sed & ex ipsis Lutherano-Evange-
 licis excitavit divina providentia bonae cau-
 sae defensorem, Virum, ut paucis multa di-
 cam, sui nominis, hoc est, τὸ χρῆμα γένος λη-
 ψανόν, five, si illud Latine mavis, cui de M. E-
 LIORE LVTO finxisse Deus videtur præ-
 cordia. Jure illi illud applices elogium,
 quod Josepho datur Arimathaeensi; οὐδὲ
 ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, καὶ ἔσυχκατατε-
 θεμενὸς τῆ βουλή καὶ τῆ πράξει αὐτῶν. Joh.
 Fr. PVRGOLDVM indigito, S. T. D. &
 quondam Isenaco-Saynensem in aula & urbe
 Concionatorem, & Consistorii adfessorem,
 qui cum a se impetrare non posset, ut illis
 adstipularetur machinationibus, quas qui-
 dam C. D. *Fabarius*, privati emolumenticau-
 sa, moliebatur, Crypto-Calvinismi ac Syn-
 cretismi accusatus fuit. Rationes illius cri-
 minationis erant, quod ei amicitiae usus in-
 tercederet cum Reformatae ecclesiae mini-
 stro, illius filiae nuptiis atque adeo (o ingens
 scelus, & dira vix morte piandum!) CON-
 CIONIBVS interfuisset: Interea tamen,
 quamvis ad quaestiones sibi factas, ut a suae
 confessionis Viro expectari poterat ortho-
 doxe respondisset, cum tamen eo nequiret
 adigi, ut Reformatos, vel saltim, eorum
 Docto-

Doctores conceptis verbis CONDEMNARE T eo tandem res devenit, ut nihil tale cogitanti dimissio offerretur. Quam cum ille coactus esset accipere, eodem die, vertente anno, alibi aliis non minus honorificis muneribus admotus fuit. Videmus huic narrationi insertum typum *historiae ecclesiarum & scholarum SAYNENSIVM* à Cl. *Burgoldo* contextae additis unius cujusque capituli lemmatibus, ex quibus apparet ea potissimum, quae nuperos illos motus spectant, copiose esse enarrata. Optandum esset, ut haec exscripta typis legi ab omnibus, & judicari possent. Videtur hic Vir sibi in primis ob oculos posuisse auream illam Christi Servatoris nostri regulam. **QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FERCERIS!** quam alios perpetua quadam oblivione penitus ex animo delevisse dicas. Non quidem id fieri dixerim cum totius ecclesiae Lutheranae opprobrio. Quod enim à nonnullis importunis, pacemque exosis hominibus factum est, id universo coetui, quasi ille omnes moderationis, justitiae & pacis leges repudiaverit, non sine quadam iniquitatis nota attribueretur. Id tamen fieri admodum imprudenter & non sine totius ecclesiae Evangelicorum, immo fortasse majori Lutheranicorum, quam Reformatorum damno, audeo affirmo. Neque diffiteor, me non vel conjectando posse assequi, quaenam demum cogi-

cogitationes illorum animos inceserint. Vivimus illa tempora, quibus maximae auctoritatis Principes, amplissimarum ditiorum Domini, in quibus praecipue Protestantium fortunae ac spes collocatae erant, relictis illorum castris ad partes se conferunt Romanorum. Plena hinc omnia sunt metus, plena querelarum. Neque id immerito. Tametsi enim vel amplissimis verbis, & sollemni jurejurando suis conservationem sacrorum polliciti sunt, tristis tamen tot saeculorum experientia plus fatis, eheu! docuit, quam parum asseverationibus illorum fidendum sit, qui spiritu cleri Romani agitantur, cui quidem, *Si jus violandum est, RELIGIONIS causa violandum esse, atque haereticis non esse servandam fidem*, persuasum est. Unica itaque spes iis relicta esse videtur, in citato pacis Westphalicae articulo, qui ut illibatus maneat, interest maxime sane totius Germaniae, cum ille labefactari nequeat, quin totius imperii publicis legibus sancita constitutio concutiatur, ac dejiciatur pessum. Quod si autem ipsi Augustanae confessionis focii, pacem illam pro lubitu frangere atque alios in nonnullis à se disidentes turbare ac vexare miseris modis sibi jus atque fas esse existimant, non video sane, quid olim Romanis responsuri sint, quando illi rerum potiuntur sibi in eos idem esse jus asserent, quod illi sibi sumserunt in alios, & quando

vio-

violentiae suae atque oppressionum prae-
 textum ex ipso illorum exemplo petent, ne-
 que se magis ad observationem Westphali-
 cae pactionis obligari, quam ipsi Lutherani
 sese illi obstrictos esse ipso facto declarant,
 haud sane sine colore affirmabunt. Quid
 igitur istis consiliis suis homines illi agunt
 aliud, quam ut suo se ipsi jugulent gladio,
 catenasque magno conatu proeudant, qui-
 bus videant, ne olim ipsis graviter constri-
 ctis misere pereundum sit. Et quid si ipsi
 Principes, qui inter REFORMATOS no-
 men suum profitentur, quorumque imperio
 longe maximus Lutheranorum numerus pa-
 ret, horum velint exempla sequi, & pari mo-
 do spretis publicae pacis sanctionibus cum
 his ita agere, quemadmodum illi nobiscum
 agunt, quid hos dicturos esse putamus? qui-
 bus non querelis, lamentis, clamoribus, con-
 vitiis, coelumque & terram, fora omnia &
 tribunalia, compita & vicos, cathedras Acade-
 miarum, pariter & ecclesiarum suggestus,
 chartas omnes & libros personitura, atque
 impletum iri existimamus? At vero, ajunt,
 plane res haec alia est. Duo enim cum fa-
 ciunt idem, non est idem. Nos enim SVMVS
 LVTHERANI, hoc est ΟΡΘΟΔΟΞΟΤΑΤΟΙ,
talesque nos esse mille & mille scriptis toties pro-
bavimus. Neque nos, cum tales simus, par est con-
ferri cum CALVINIANIS, quorum vel so-
lum nomen nominasse, est indicasse homines teterrimis,

mis, atque haereticis opinionibus imbutos, vel Ari-
 anis, immo Turcis, ipsis & Judaeis, quod heroes no-
 stri luculenter ostenderunt, peiores. Hos igitur
 sacrorum suorum usu interdiceret, est profligatis er-
 roribus propagare, cuius nobis oportet supremam
 legem esse, VERITATEM. Atque, etsi ille
 iis promissus est, non tamen promissio ejusmodi,
 qualis est, rei turpis, quo pertinet concessio Religio-
 nis heterodoxae exercitii, servari debet. Bella
 sane & splendida oratio! ac, quam dubitem
 aliis, nisi iis, quibus praëjudicatis opini-
 bus fascinatus omnino animus, & peo pro
 corde est, persuaderi posse. Quid enim? an-
 ne meliori loco illi sunt ecclesiae Romanae
 Sacerdotibus? Habentur ne illis apostatae,
 schismatici, haeretici, igne ac ferro extermi-
 nandi, quibus nulla unquam salutis esse spes
 potest? Quod si itaque & illi per simulatio-
 nem promovendae veritatis in iis locis, in
 quibus apud eos rerum summa, est v. gr. in
 Polonia, Hungaria, SILESIA, SAXONIA,
 Palatinatu, simili velint uti methodo propa-
 gandae religionis, quo animo id tam inficeto
 atque intempestivo Zelo animatos homines
 laturus esse credas? Quod vero Reformatos
 adtinet, hi illos non minus errare gravissime,
 tam persuasi sunt, quam se sciunt vivere, id-
 que multoties à viris praestantibus non
 ostensum solum, sed & evictum esse ita opi-
 nantur, ut talibus scriptis, & veritatis ἀποδει-
 ξει, nondum ad meliorem mentem redactos
 esse

esse, fatis nequeant mirari. Nolo jam arbitrari, utra harum partium in hac causa fallatur. Neque enim illa disputatio hujus loci est. Id tantum volo. Si praetextus veritatis (quam Divam suarum esse partium Reformati persuasissimi sunt) propagandae sufficit, ut impune tibi in aliorum jura, libertatemque grassari liceat, valde vereor, ne causa Evangelico-Lutheranorum non in multis solum Germaniae provinciis, sed & in ipsa Belgicâ, & magnâ Britannia plurimum sit passura detrimenti. Quamobrem ea nos spes tenet, fore, ut eximii illius communio- nis Viri, qui non minorem aequitatis & cha- ritatis, quae quidem inter Christianas virtu- tes principem locum obtinent, quam suarum, quas cum materno lacte imbiberant, opinio- num rationem habent, id acturi sint modis omnibus, praesertim seriis commonestatio- nibus atque adhortationibus, ut ejuscemodi inquietorum hominum furores coercean- tur, ne

*Dum saeva suis Babel est spolianda trophaeis,
Bella geri placeat nullos habitum triumphos,
ne DVM COLLIDIMVR, FRANGAMVR,
& imminuta paulatim mutuis velitationibus
utraque parte, communi hosti nostro in id
unice intento, triste tandem debeamus & lu-
dibrium & exitium.*

*Tanta vel in nobis utinam LIS exstet AMORIS,
Quantus in hoc lacero est tempore LITIS AMOR!*

T. d. H.

VI, JO.

JOH. BAPTISTAE OTTII,

In templo Cathedrali apud TIGVRI-
NOS Archi-Diaconi,

De Christi Sacrificio

ΕΙΣ ΟΣΜΗΝ ΕΥΩΔΙΑΣ,

ad locum Ephes. V, 2.

COMMENTATIO.

SUMMARIUM.

- §. 1. **L**ocus Pauli Ephes. V, 2. respicit locum Genes.
VIII, 21. §. 2. Odor non ad ipsum sacrificium
pertinet, sed ad ejus adjunctum, incensum, seu thus.
§. 3. Odor naturalis, legalis, mysticus. §. 4. Odore
afficiuntur homines. §. 5. Hinc ingens in odoribus
luxus. §. 6. Odoribus adscriptæ vires magicæ. §. 7.
Ipsos Deos thure delectari credebant prisca. §. 8.
Imo affici. §. 9. Thuris adhibiti dogma non primæ
antiquitatis apud Ethnicos, haustum a Judæis. §. 10.
Ritus, quomodo de Deo intelligendus. §. 11. Quo-
modo & ubi Mosi traditus. §. 12. Credibile ab ipso
Noacho usurpatum, ut adderentur thura sacrifi-
ciis. §. 13. Divisi actus ut unus junguntur. §. 14.
Ἄσπυ εὐωδίας in sacrificio Christi a parte Christi
est spontanea obedientia, & oratio in passione, a
parte Dei, patris plena acquiescentia. §. 15. Figura
cessat, typo in Christo impleto. §. 16. Magi ulti-
mum thus obtulerunt legitime. §. 17. Nulla in
N. T. thuris adhibendi mentio, nec monitum. §. 18.
Non necessarius ejus usus, quia omnes sumus sacer-
dotes.

notes. §. 19. Neque in primæva Ecclesia adhibitus, quod probatur ex silentio Plinii. §. 20. Confirmatur ex testimonio Arnobii. §. 21. Qui locus adversus Casalium vindicatur. §. 22. Thurificatorum exemplum docet apud Christianos thus in usu non fuisse. §. 23. Legionis Thebææ & Marcellini Papæ dissimilia exempla. §. 24. Seculo quarto incensa faciendi usus cum ceremoniarum cæterva irrepsit. §. 25. Suffimentum spirituale a nobis postulatur; a. Oratio. §. 26. b. oblatio nostri spontanea. §. 27. Quæ tum demum odor bonus, si nitantur merito Christi. §. 28. Altare aureum suffitus non in Sancto Sanctorum, sed in Sancto. §. 29. Thuribulorum incredibilis multitudo indefinentes & innumeras piorum preces notat. §. 30. Monitum ut fundamus perpetuas orationes.

§. I.

Illustris locus est beati Gentium Apostoli, quo fideles Ephesios ad ambulationem in charitate pellicere satagit, ad Ephes. V, 2. *ᾠεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς ἡ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, ἡ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ἑσφορὰν ἡ θυσίαν τῷ Θεῷ, εἰς ὁσμὴν εὐωδίας.* In quo illustri loco ex phraseos analogia omnino Apostolus respexisse videtur ad ritum & typum patriarchalem, rei videlicet sub Noacho post egressum ex arca gestæ, de qua Genes. VIII, 20. 21. legimus, Noachum extracto altari Jehovæ ex omnibus mundis pecudibus & ex omnibus volucris mundis obtulisse holocausta, quo facto Moles ait: *Odoratus est Jehova*

„loco acquirebant. Nam si non habuisset
 „bonum odorem, sed contrarium, hoc est,
 „malum, tum effecisset hoc quoque in ani-
 „mis hominum contrarium reverentiæ, h. e.
 „contemptum. Sicuti enim anima mirifice
 „bono odore delectatur, eumque sequitur;
 „ita e contra malum odorem detestatur atque
 „fugit.

§. 3. Est autem odorum consideratio alia
 naturalis, seu physica, quæ in philosophia
 & medicina multum ponderis habet; alia
 legalis & typica, quæ tum unguenta, tum
 thymiamata cultus ceremonialis complecti-
 tur; alia spiritalis & mystica, ubi sub odo-
 rum symbolo spiritalia dona adumbrantur:
 ad duo posteriora genera has sententias re-
 ferri, alterum ad typum, alterum ad antity-
 pum, ita ut umbram & corpus, legale & spiri-
 tuale referant, arbitramur.

§. 4. Odore maxime affici homines notum
 est, tum ex prisca scriptoribus, tum ex quo-
 tidiana experientia: seu jam suavi & amoeno,
 seu gravi & foetido illum *ευωδιασ*, hunc *δυσ-
 ωδιασ* appellant. Odores enim boni vale-
 tudinem non parum juvant, spiritus instau-
 rant, nares delectant, totumque hominem
 summa jucunditate afficiunt, sive ex florum
 herbarumve odoriferarum usu, sive unguen-
 torum & liquidorum profusione, sive ex in-
 cenforum & thymiamatum suffitione. Quin-
 imo, etiam *τα δυσωδη* ad morbos aliquos,
 pestem

pestem cum primis pellendam quandoque non parum conducere, de occultis naturæ miraculis docet *Lemnius*.

§. 5. Hinc tanta Odorum & Suffimentorum æstimatio apud priscos fuit, ut in hac quoque parte incredibilem luxum ostenderint. Odorati imbres in Theatris sparsi; Odores ac picturæ in scenis profundebantur. Accensio & sparsio in triumphis sine numero; quis nescit quanta odoramentorum copia in defunctorum rogos conjecta sit? quarum profusionum Alexander ab Alexandro in libro genialium dierum meminit. Inter odorum & odoratum id discriminis constituebant, ut odoratum dicerent, quod aliunde recipit odorem, odorum, quod per se habet, teste Plinio.

§. 6. Ex nimia Odorum æstimatione factum, ut adhiberentur etiam rebus aliis, & virtutes ei adscriberentur pellendi Dæmones, unde tali veluti alexicaco fax vulgi fumivendula opinatur morbos veneficarum malitiâ causatos (*verhexete Krankheiten*) odore fumi abigendos, frivolâ imitatione personati Raphaelis, cujus consilio creditur Tobias accepto cinere thymiamatum, imposuisse cor piscis, adolevisse hepar, quem odorem sentiens dæmon, abiisse eum in partes superioris Ægypti, Tob. VIII, 1-4. huc autem non numeraverim naturalem suffituum vim à peritis medicis absque superstitionis cujusquam periculo adhibitam.

§. 7. In ipsa gentilium Sacra odorum usum invecum esse constat, ipsosque Deos thure delectari, placari, peccata piari creditum est, unde thus Deo sacrum voluit gentilium superstitio:

*Sape Jovem vidi, quum jam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum. Ovid.*

Notum est, adhibuisse antiquitatem expiationis post funera genus, ubi ad proprios lares reversi superstites, aqua aspersi ignem supergrediebantur, quo se piaculo ex funere expiari arbitrati, quod expiationis genus suffitionem dixerunt. Pythagoras censuit thure & libis magis gaudere & placatiores esse Deos, quam hecatombis & aris multo cumulatis sanguine. Ad statuas thus & cereos divini cultus signa poni moris fuisse Cicerone libro III. Officiorum testis est, qui de statu C. Mario à multitudine positus ita scribit: „Omni-
„bus vicis statuæ factæ sunt & ad eas thus
„& cerei: quem morem nos retinemus, id
„quod non fuerat olim, auctore Plinio, lib.
„13. ubi inquit. Iliacis temporibus thure
„non supplicabatur, thus autem in Arabia
„nascitur, cujus alio vecti mercaturam primi
„Arabum Minæ fecerunt.

§. 8. Quis dubitet cæcam inter priscos antiquitatem, aut saltem plebem facile sibi singula persuadentem in ea opinione fuisse, istis omnibus in sacrificiis præprimis non delecta-
si solummodo Deos, ut symbolis aliarum re-
rum,

rum, sed quodammodo affici. Suffimentum ex Lauro cædis hostium fit & purgatio, juxta Plinium. Jam quum reliqua humana Diis suis adscriperint, cum primis mirificas passionis, alienum ab ipsorum fide non fuit odorum illis aliquem sensum tribuere: quo ipso nomine ipsos false ridet psaltes, Ps. CXV, 6. *Nasus est illis & tamen non odorantur*, quod profecto in idololatrarum ignominiam dici commode non potuisset, nisi vanissimi homines in ea persuasione versati fuissent; unde in Reformatione Ezechiae Regis post multa alia præclare gesta etiam legimus אֲרָסֵי אֲרָסֵי אֲרָסֵי aras thurarias fuisse sublatas. 2. Chronic. XXX, 14. *Παύλα ἐν οἷς ἐδύμουν τοῖς Ἰουδαίοις.*

§. 9. Quanquam autem ista superstitio non ad primam Ethnicæ gentilitatis periodum perineat, quandoquidem præter ea, quæ jam jam percepimus, idololatræ in Occidente, & Romani potissimum, non utebantur primum incenso in suis idolorum cultibus, propter nimium distantem Arabiæ felicis regionem, ibi enim illud oritur: at dein illorum imperio & commercio ad Orientem delato, illo etiam ad adolendum uti consuevere, uti ex Macrobio libro III. Saturn. constat, hinc iterum Ovidius:

Templa tibi statuam, solvam tibi thuris' odores.
Proclive tamen est judicare, ut pleraque ita & hunc ritum cæcam superstitionem imitatione ridicula deduxisse ex sacris Judæorum

à Deo ipso institutis & apud gentem Hebraicam adhibitis.

§. 10. Id quod loca ista nostra de sacrificiis in odorem Deo gratum præstitis abunde probant. Ubi tamen notari meretur, quæcunque vel à Paulo in suo complemento, vel à Mose de Noacho in suo typo de odore sacrificiorum recensentur, *εὐωδία* notare non physicam, nihilque nos corporale fingere oportere. Quicquid hujus aliorumque sensuum ratione de Deo *ἀνδρωποπαθῶς* dicitur, *θεοπροπῶς* de Deo intelligendum est, modo gloriæ & Majestati Dei digno atque conveniente, Metaphora ab hominibus deducta, seu per Metonymiam effecti; quemadmodum homines bono odore afficiuntur, recreantur & non raro animo mutantur, ita Deus odorem cum sacrificio Christi conjunctum, i. e. plenam ipsius & spontaneam obedientiam sentiens acquiescit in nobis, ut non amplius fœtori & abominationi simus Domino, huc collineavit typus, cui respondit antitypus & signum hujus bonæ fragrantia externum ostendit Deus, quum fumus sursum recta ascendebat & à ventis non impeditus esset, quod inter decem miracula numerabatur.

§. 11. Thura ergo sacrificiis jungendi morem à gente Judaica ad gentiles manasse constat, si vel solam consulamus antiquitatem, nam sive ad Noachum ascendamus, sive in Mose subsistamus, prior certè & antiquior
ejus

ejus in populo Dei usus fuit, antequam potuissent Hebræi eum ab aliis facile didicisse: *Facies altare ad adolendum*, ait Deus ad Moſen Exod. XXX. & Levit. IV. *Offeres incenſum ſuper altare*. Imo quid hæremus? ipſe Noachus egreſſus ex arca iſthæc adhibuiſſe credendus eſt, quandoquidem odoratus eſt Jehova odorem illum gratum; verba profecto ita ſonant & ita ſita ſunt, ut referri videatur ad thus ſeu incenſum juxta ſacrificium ſanguinis, quemadmodum & in Levitico cultu poſtea Deus idem mandavit, & impia gentilitas multo poſt tempore illud imitata aliter intellexit & in alium uſum detorſit.

§. 12. Ad Noachum ipſum ut hunc ritum referam illud inducit, quod de Jano ſuo finxit mythologia, ita fabuloſa, ut plerumque ex re vere geſta mutatis, demtis, additis, detortis plurimis veritatem in mendacio detinuerit. Ex Noacho Janum eos procudiſſe conſtat. Enimvero Janum thuris uſum adinveniriſſe fateatur, vel in ejus honorem thus adhibitum. Cum in omnibus rebus vim habere maximam crederetur, prima & extrema principem in ſacrificando locum eſſe voluerunt. In omnium Deorum ſacrificiis præcationis principium à Jano ducebatur, teſte Arnobio lib. III. contra gentes. Janum tradidere primum in Italia Diis Tempa feciſſe & ritus inſtituiſſe ſacrorum, ideo eum in ſacrificiis præfationem meruiſſe perpetuam, re-

fert Macrobius Saturnaliorum lib. I. c. IX. unde
 thus ipsi sacrum, quod Martialis docet lib.
 VIII. Epigr. VII.

*Principium des, JANE, licet velocibus annis,
 Et revoces vultu secula longa tuo.*

*Te primum pia thurum rogent, te voce salutent,
 Purpura te felix, te colat omnis honor.*

idem confirmat Ovidius lib. I. Fastorum

- - *Cur quamvis aliorum Numine placem,*

JANE, tibi primum thura merumque sero?

Ut possis aditum per me, qui limina servo,

Ad quoscunque voles, inquis, habere Deos.

§. 13. Itaque actus divisi tam apud pro-
 fanos, quam apud sacros authores ita tradun-
 tur, ac si unus idemque actus esset, ita Sacri-
 ficium dicitur bene olere, quia cum macla-
 tione adhibebatur incensum seu suffitus, quo
 fiebat, ut id, quod propter carnis, sanguinis,
 inguinum immolationem foetorem relictu-
 rum erat, thuris accedente odore, bene sua-
 viterque oleret, unde & thuri apud Latinos
 juxta quosdam ex Græca lingua nomen $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$
 $\tau\acute{\iota}\varsigma$ $\theta\upsilon\acute{\iota}\epsilon\upsilon$, ut ut alii lubentius absque aspiratio-
 ne tus scribant à tundendo, Bochartus ex Sal-
 masio, $\theta\upsilon\acute{\iota}\epsilon\upsilon$ Græce idem quod $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$, inde
 Latinum thus, ut à $\pi\upsilon\theta\upsilon\varsigma$, pus: Veteres Græci
 $\theta\upsilon\acute{\iota}\epsilon\upsilon$ non pro sacrificare, sed $\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}$ $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$ pone-
 bant. Æolicum $\phi\upsilon\acute{\iota}\omega$, unde Latinum fuo &
 fio, & compositum suffio, suffimen, à $\theta\upsilon\acute{\iota}\omega$, $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$.
 Æolice $\phi\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$, fumus. $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha$ quando-
 que pro thure $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\acute{\xi}\theta\upsilon\chi\acute{\iota}\nu$.

§. 14. Videndum ergo, quænam sit in Sa-
 crificio Christi illa bona fragrantia, quam
 odoratus est Deus, in qua ipse acquievit, nam
 quemadmodum adjunctum thuris seu in-
 censi fecit, ut legaliter acceptum esset sacri-
 ficium; ita omnino in sacrificio Christi ex-
 titit aliquid, quod illud gratum & acceptum
 reddidit Deo. In se spectata victima perfe-
 cta Christus fuit, *αἰώνιον ἀποκάλυψιν* inve-
 niens ex personæ dignitate & sanctitate, Deus
 enim *ἡμετέρας* sibi acquisivit Ecclesiam
 suam sanguine suo: ita thus illud accesso-
 rium seu incensum ad carnis victimam acce-
 dens fuit tum spontanea ipsius oblatio, qua
 dixit: *ἔγω*, venio, Psal. XL. voluntaria exina-
 nitio, qua factus patri obediens usque ad
 mortem, tum quam maxime fuere ardentissi-
 mæ preces ipsius Sacerdotales, quas fudit,
 quum exiisset, Joh. XVII. passionales & sup-
 plicatoris in cruce, quas ut sacrificium odo-
 ratum Paulus depingit Hebr. V, 7. *ἵς ἐν ταῖς*
ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτῆς δεήσεις τε καὶ ἰκετείας
πρὸς τὸν δυνάμην σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ
κρυφῆς ἰατρῆς καὶ δακρύων προσενέγκας καὶ ἑισα-
κασθεὶς διὰ τῆς ἐνλαβείας. Hæc oratio cum
 dolore & morte crucis juncta τῆς θεωνδρῶπυ
 non potuit non piare nostra crimina & gra-
 tissimus odor existere coram Domino. Imo
 cum de partibus Sacerdotii Christi cogita-
 mus, hæc sane perennis est & adhuc durat,
 nam in cælis *ἐνλυχάινει*, intercedit pro nobis,
 id

id quod adumbrabatur per Pontificem maximum, qui cum thuribulo in festo expiationis Sanctum Sanctorum ingressus pro populo intercesfit. Ex parte Dei autem bona illa fragrantia est acquiescentia illius in Christi sacrificio, quam de cælo non semel testatus est, quum vox de cælo audita est: *Hic est filius ille meus, dilectus, in quo acquiescit anima mea, quum vox rursus audita: Et glorificavi ipsum. Et glorificabo,* quam maxime autem, quum ipsum resuscitaret ex mortuis & exaltaret & collocaret à dextris suis in cælis & Caput Ecclesiæ ipsum constitueret.

§. 15. Inde porro conjicere licet priscum illum & externum thuris odorem cessare in N. Testamento, quantum ad cultum aliquem religiosum spectat, quia erat typicus, re autem ipsa præstita typus cessat; quemadmodum Christo sub legem posito, ut eos qui sub lege fuerant, redimeret, jam cessat circumcisio, nec inutilis tantum verum etiam vehementer noxia est; quemadmodum paschate nostro Christo pro nobis mactato, legale pascha cessat; quemadmodum sanguine filii Dei nostra peccata purgantis fuso, alio sacrificio expiatorio opus non est. Sanguis Christi sistit omnem sanguinem: ita *ἡ ὁσμὴ τῆς εὐωδίας*. Odor bonæ fragrantia sacrificii Christi sistit omnem incensi odorem, ut thure pro cultu Dei fumigandum non sit, & sinistre huc quadret regula Leonis. „Ut quæ jam dudum

„dudum fuerunt consuetudinis Judaicæ, fie-
rent observantiæ Christianæ.

§. 16. Felicius mysterium declaravit Gre-
gorius Magorum historiam ad mysterium ap-
plicans, significatum fuisse per aurum, gentes
debere Christo offerre verum agnitionem &
fidem, PER THUS ARDENTEM ORA-
TIONEM, per myrrham carnis mortificatio-
nem. Thus illud Magorum, quamvis gen-
tili more oblatum ultimum est quasi ex legi-
timo & bono usu externo, quo implebatur
vaticinium Jelaia LX. 6. *Omnes à Scheba ve-
nient, aurum & thus adferent, laudesque Jehova
prædicabunt; hoc thure illum Deum agnove-
runt,*

*Aurum, thus, myrrham, regique, hominique,
Deoque*

Dona ferunt - - - ait Juvencus,

Postquam igitur ipse se obtulit *αρεοφογειν ηγη*
δουσιας τῷ Θεῷ ἐκ κομῆς εὐωδίας, reddamus Deo
quod Dei est, thus non amplius materiale &
typicum, sed verum, spirituale & mysticum,
de quo Malachias vaticinatus est: *ab ortu so-
lis usque ad occasum ejus magnum erit nomen
meum in gentibus, & in omni loco suffimentum offe-
retur nomini meo & munus purum, quia magnum
erit nomen meum inter gentes, ait Jehova exerci-
tuum, Malach. I, 11.* Unde Divus gentium
Apostolus exhortationis argumentum desu-
mens ait: *Per ipsum igitur assidue Deo offera-
mus*

*mus sacrificium laudis, i. e. fructum labiorum, ce-
lebrantium nomen ejus. Hebr. XIII, 16.*

§. 17. Præter illud thus sacrae literæ Novi Testamenti silent, nec ullam post Magorum historiam illius mentionem faciunt, ut ad exercitium religionis N. T. pertinentis. Si quæ alia suffiendi aut thymiamatum memoria, illa vel ad spirituales odorem precum pertinet, vel nigro theta notatur, collocata inter mercimonia Babylonica & Antichristiana, cujus Mercatores dolent jacturam multiplicem, inter alia *θυσιαματια - λιβανον.* Apoc. XVIII, 13. ut frustra sit Casalius volens ejus usum ab Apostolis esse traditum.

§. 18. Nec enim ullo modo necessarius est re præstita, & qui postliminio hunc usum in Ecclesiam reduxerunt illi ipsi sunt, qui expiatorio quotidiano Christi sacrificio opus esse fatentur, sacrilego ausu plenitudinem atque valorem unci Christi sacrificii negantes. Si vero thure nunc adolendum, cur ipsorum sacerdotes sibi solis illud vendicant, quum ritus iste ad Christianos pertineat omnes, omnes Christus Sacerdotes Deo & Patri suo effecit; sin pertendant de sacrificatura spirituali id intelligendum esse, utique etiam suffitum spirituales, qui est Oratio fidelium, loco corporalis substitui oportet.

§. 19. Non fuit præterea in primitiva & vera Ecclesia atque ut ita dicam virgine illius vestigium, nam quod Liturgias inducunt,
Jaco.

Jacobi, Petri, aliorumque, eas recipiendas non esse, novitatisque notas plures habere constat: quemadmodum non Tempia, non Altaria habuerunt, ita nec incensum, quod ex silentio illorum temporum colligitur, silentium intelligo non vagum aliquod, unde argumentatio nulla institui possit, sed validum, quod in disceptandis causis pro ratione firma servire queat. Plinium novimus accuratissime in res Christianorum inquisivisse, ut si quid pro illorum apologia aut de illorum ritibus innotesceret, ad Trajanum referret, quod si adolevissent, quis dubitat, quin illud notaturus fuisset, qui fidem & ritus illorum notavit, „quod essent soliti itate „die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem, seque „sacramento non in scelus obstringere, sed „ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum „appellati denegarent, quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen „& innoxium.

§. 20. Neque vero ex silentio tantum con-
 jicimus *ὁσιον* pro cultu non fuisse adhibitam, quanquam si id etiam fiat, externi decori & sanitatis causâ, cum primis inter eos, qui clam & in occlusis, quandoque subterraneis & minus salubribus locis diu detinebantur, necesse fuerat, ne contagione vel morbo in-
 fice-

ficerentur, quæ disputatio ad nos non pertinet, non enim quaritur, an in hominum gratiam pellendi foetoris ergo etiam in locis sacris fumus excitari possit, sed utrum in partem cultus præstari & cum Sacramento jungi oporteat, contrarium docet Arnobius Scriptor antiquissimus lib. VII. adversus gentes, ubi thuris usum in sacris & novum & vanum esse docet.

§. 21. Nec quicquam est Casalius de veterum Christianorum ritibus, quando illustrem Arnobii locum putido commento ita explicat: Arnobius suffirum & thuris incensum in honorem Deorum improbat, non autem in honorem Dei vivi. Id si Apologista Christianus intendisset, decepisset gentiles, nihilque dixisset, quando non ea liserat, utrum quod adolebatur thus Diis gentilium, an Deo Christianorum adolendum esset, sed an omnino thus pro cultu offerendum sit, ut absque eo ritu religio sit imperfecta. Unde eos interrogat de origine thuris incensi, quæ quum saltem ex ipsorum opinione non esset adeo antiqua, ut sciri non posset, utique ostendit, potuisse ante ea tempora coli Deum absque incenso, & sic neque hodie in cultu Dei, qui internus est, requiri, neque eo per se Deum delectari.

§. 22. Quod confirmatur ex iis, quæ de Thurificatis Ecclesiæ præcæ temporibus narrant Patrum & Historiarum monumenta.
Cogni-

Cognituri Ethnici qui Christiani essent, thus adhibebant, quos enim de hac secta suspectos habebant, eos cogebant granum thuris ex acerra acceptum in ignem projicere in Jovis, Martis aut alius Deastris honorem, qui id recusabant, ad mortem damnati fuerant, extat in eum ritum Bedæ carmen à Baronio notatum A. 286. n. 31.

*Et ne quisquam potuisset
Contumri latebris
Ubiq; componebantur
Hoc modo insidiæ
Quæ euntes compulissent
In jus idololatriæ
Nec illis emendi quicquam
Aut vendendi copia,
Nec ipsam haurire aquam
Dabatur licentia,
ANTE QUAM THURIFICARENT
Detestandis idolis.*

Multis ita metu præsentissimæ mortis eo adductis, ut thurificarent, quum in Ecclesiæ gremium redire cuperent, pœnitentiæ gravis & diuturna injuncta fuit, quod ex Cypriano patet, qui argumentum istud epistolæ III. p. 97. editionis Altorfinæ fuscè prosequitur, thurificatis libellaticos, jungens: oportebat utique si idem ritus Christianis in usu admitti pœnitentes nova & Christiana suffusione, de idololatræ thure frequens querela.

& mentio, de ejus apud Christianos usu al-
 tum silentium.

§. 23. Memorabile est, quod in hac causa
 de legione Thebæa sub Mauritio referunt
 historiæ & ex iis Baronius, quod ob id ipsum,
 quia Diis adolere nollet, decimata fuerit, de
 quo à nostris legi potest J. J. *Huldrici* tracta-
 tus de Vita Felicis & Regulæ. Hoc autem
 notari magis meretur, quod Marcellinus Pa-
 pa criminis hujus reus à Concilio Sinuessano
 damnatus sit, id quod strictim indicare, quam
 felse diducere ex instituti nostri ratione ma-
 lumus.

§. 24. Hoc autem negandum non est, cum
 divitiis & reliqua pompa quarto post Chri-
 stum natum seculo, etiam hanc thuris offe-
 rendi Cerimoniam postliminio in Ecclesiam
 fuisse reductam, Ethnico potius, quam Ju-
 daico ritu, ut gentiles suis quodammodo mo-
 ribus usuros facilius ad religionis Christia-
 næ sacra pellicerent, quod in abusum mox
 abiit sequioribus ævis, cuncta Gentilismum
 & Judaismum olentibus, multisque idolola-
 tricis superstitionibus quotidie inventis, ut
 hic ipse suffitus teste eodem Casalio p. edit.
 „Rom. 183. actus latriæ habitus sit, differens
 „tamen ab eo, qui redditur reliquiis & ima-
 „ginibus Sanctorum, imo eodem prætextu
 „orationum & bonorum operum, quæ fece-
 „runt defuncti, eorum cadaveribus & sepul-
 „chris præstantur incensa, sicut etiam deno-
 „tant

„tant Orationes & bona opera, quæ pro am-
 „mabus illorum faciunt fideles. Ecce quous-
 que procedat, aut nullis omnino limitibus
 coerceri possit superstitio semel in re externa
 admissa, ubi pro cultu Dei recipitur id, quo
 Deus coli non vult, quodque in Apocalypsi
 inter ea collocatur, ob quæ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς
 fleturi sint.

§. 25. Univerſa illa *σωματικὴ γυμνασία*,
 quæ etiam hanc partem complectitur, quum
 ad pauca vel nihili utilis sit, ſciendum ta-
 men eſt, nobis in N. Testamento relictam
 eſſe thuris & incenſi partem longe nobilio-
 rem atque excellentiorem, ἀνάγκη ἐν τὰ μὲν
 ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν τέτοις καθαρι-
 ζεσθαι, αὐτὰ δὲ τὰ ἑκράνια κρείττοσι θυσίαις
 ᾧδὲ ταύτας. Hebr. IX, 23. Thus, incensum,
 thuribulum, altare ſuffitus infinitis modis
 nobilius nobis eſt, nec corporale, ſed ſpi-
 rituale, id quod fideles in V. Testamento et-
 iam habuerunt, unde David Pſal. CXXI, 2. 3.
 aſcendat oratio mea *קַוְוָה קַוְוָה* ſuffimen-
 tum coram facie tua: Suffitui olim oratio
 juncta: Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν λαῶν ἦν περὶ τὸ
 μύρον ἔξω τῆς ᾠρῆς τῆς θυμιάματος, Luc. I, 10.
 Nos typo exacto ab umbra liberi jam non-
 niſi ſpirituale relictum habemus incensum.
 Seniores Apocalyptici habebant *Φιάλας χρυ-*
σῆς γεμισσας θυμιαμάτων, αἱ εἰσιν αἱ περὶ τὰς
τῶν ἁγίων, Apoc. V, 8. Nolumus ingredi in
 ſuſiorem tractationem loci celeberrimi Apocal.

VIII, 3. 4. 5. ubi Angelus habens *λιβανωτὸν χρυσὸν & θυμιάματα ποικῆ*, ut ea offerret cum Orationibus Sanctorum omnium super *θυμιασθήριον χρυσόν*, quæ spirituales functiones omnes ex ritu & formulis adolendi proximè apud Sanctum Sanctorum ex Veteri Testamento desumptæ, videlicet Exodi XXX. notant Orationes fidelium in his terris proximè ad Sanctum Sanctorum fieri oportere, cogitationibus, affectibus, corde in cælum ἀνω directo, ad patrem nostrum, ὁ ἐν τοῖς ἔρανοῖς, Matth. VI. ex vera contritione, puro corde, ardenti amore, nonnisi super altare aureum Jesum, id est, nonnisi ex fide in ipsius meritum atque καθαρισμὸν, quo quidem efficitur, ut quemadmodum ipse se dedit *θυσίαν θεῷ ἐς ὄσμην εὐωδίας*, ita etiam oratio nostra in ipsius fundata merito vere sit ὄσμη εὐωδίας coram illo, unde gloria ad Deum redundet, quod Christus docuit: ὅτι ἂν ἀληθῆς ἐν τῷ ὀνόματι μου, τέτο ποιήσω ἵνα δοξαθῇ ὁ πατήρ ἐν τῷ υἱῷ. Johan. XIV, 13.

§. 26. Cum precibus incensa spiritualia Deo offerimus corpora nostra, actiones, opera, nos totos, quæ omnia afflictionum tusa pistillo igne amoris divini fide super altare Christum collocata flagrare debent in odorem bonæ fragrantiae, *ἠδραστῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ.*
 „Rom. XII, 1. ἀνω ἔχοντες τὸ ἱερεῖον, inquit
 „Chrysofomus Homil. XI. in Ep. ad Hebr.

ἵνα τὸν ἱερέα, ἵνα τὴν θυσίαν, In cælo ha-
 bemus sacrarium, in cælo sacerdotem, in cælo
 victimam, itaque talia offeramus sacrificia,
 quæ in illo possunt offerri altari, ἕκ ἐν αἵματι
 κρῖσσαν, non amplius sanguinem & vapo-
 rem, omnia hæc soluta sunt & introductus
 est loco eorum rationalis cultus, eorum quæ
 spiritu offeruntur, quæcunque non egent
 ὄργανων, instrumentis, non locis, veluti est
 mansuetudo, temperantia, misericordia, pa-
 tientia, lenitas, animi modestia.

§. 27. Quæ qui Deo obtulerit absque fide
 in Christum, cujus solo merito nituntur quæ-
 cunque Deo grata & accepta sunt, illi idem
 faciunt, quod qui thus offerunt, sed non su-
 per altare, vel qui fœtorem pro εὐωδία suffi-
 unt. Sensibilis odor etiam suavissimus diu
 durans afficit tadio, fastidiumque parit;
 idem coram Deo præstant vel externa illa, vel
 etiam spiritualia aut spiritualium potius mi-
 micæ imitationes absque fide: *Ne pergitote
 offerre munus, suffitus abominationi est mihi,* Je-
 sai. I, 13. Per Christum solum habemus εὐω-
 δον, ipse Angelus est stans super altari aureo,
 habens thuribulum aureum, ejus sunt θυμιά-
 ματα ποικῶ, odores boni, quos precibus San-
 ctorum impertit. Apoc. VIII, 3. 4. ex ipsius
 solâ manu fumus orationum ascendit ad
 Deum.

§. 28. Juvat hoc loco subindicare, altare
 aureum, in quo suffitus fiebant, optime con-

M m 3

ritui

suffitus non in adyto ipso, sed in Sancto, nec in ejus latere, sed medio, proxime ante velam Sancti Sanctorum; quotidianus incensorum usus id postulabat, quum Sacerdotibus ad hoc altare suo cuique ordine, τῆ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτῶν accessus esset patulus Luc. I, 8. quum è contrario tam ex Mose, quam ex Paulo constet, summum Sacerdotem non nisi ἀπαξ semel in anno in ipsum adytum ingressum habuisse, Hebr. IX, 26. ut ut enim ibidem v. 4. testetur Apostolus τὰ ἅγια continuisse χρυσῶν θυμιατηρίων, non tamen induci possumus, ut credamus, intelligi aureum altare suffitus, nam pro altari etiam suffitus adhibetur vox θυμιατηρίου Luc. I, 11. Apoc. VIII, 3. quod & LXX. interpretes observant, uti colligere est ex 2. Chron. IV, 19. proclive itaque est conjicere cum D. Paulus θυμιατηρίου dicat, non θυμιατήριον, illum non altare suffitus, sed thuribulum Summi Sacerdotis intelligere, quo sensu etiam Philode vita Mosis lib. III. vocem adhibet; hac explicatione evidens est Pauli sensus, ut Pontifex dicatur in Sancta Sanctorum ingressus proprium habuisse aureum thuribulum, quod in adyto ad hunc peculiarem usum servaretur, quam opinionem Beza ex Josephi libro secundo adversus Appionem confirmare nititur.

§. 29. Cum thuribulo illo aureo Summi Sacerdotis, quo JESU Christi intercessio notatur,

tatur, omnium fidelium Orationes jungit oportet, quæ super illius sacrificio & merito effusa, veluti quidam suffituum Oceanus perpetuam atque innumerabilem *εὐωδία* in conspectu Dei pariunt & veluti fumus ad Dominum ascendunt, quemadmodum Cornelii Centurionis, cujus orationes & eleemosynæ *ἀνέβησαν*, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, Actor X, 4. Quæ super Christi merito orantium multitudo innumerabilium fidelium in Templo Salomonæo Josepho teste lib. Antiquitatum VIII. c. 3. p. 225. al. 362. fuit mirifice adumbrata ingenti thuribulorum copia, „fecit enim, Ruffino interprete, „Salomon thuribula aurea, quibus offertur „incensum viginti millia, similiter & alia „thuribula, in quibus portabant à majore altari ignem ad minus altare, quod erat in „Templo, quinquaginta millia, de quo alibi „σθ. dicendi locus occurret.

§. 30. Ingens illa tandem thuribulorum suffitusque copia officii nostri nos omnes submoneat, *ἀΔελφαίπρωσ προσεύχεσθε*, perpetuo ex altari Christo igne amoris in cordibus nostris accenso per fidem, Deum adoremus perpetuo, ut *εὐωδία* orationis & Sanctæ vitæ ad Deum ascendente, dignetur nos omnes pater cælestis introducere in intimum cæli adytum, quo ingressi ad altare Dei, ad Deum gaudium atque tripudium nostrum, illum cithara laudis in æternum celebremus.

THEODORI HASAEL,

Ad eundem locum Pauli ad Eph. V, 2,

OBSERVATIO,

SUMMARIUM.

Phrasis Paulina ex collatione τῶν LXX. illustranda est. Pf. XL, 6. 1 Sam. III, 4. *Mincha*, unde dicta; *Almanach*. §. I. Omnes oblationes dicebantur קרבנות, erantque vel זבחים, *θυσιας*, vel מנחות *θεσφο-pae*. *Θυσ.* *Tuer*. §. II. *Is Christi Obedientia* cum *Activa*, tum *passiva* indicabatur. *Mysterium τῶν מנחות*. §. III. Quid sit *εἰς ὁσμὴν εὐωδίας*. *Sal* in sacrificiis. *Ejus rei mysterium* §. IV. V. VI. *Sententia doctorum virorum* statuentium מנחות solum *Sacrificia fuisse bonae fragrantiae*, examinatur. §. VII. *Et id de omnibus זבחים* quoque dici ostenditur. §. VIII. *Totius hujus loci scopus & argumentum* exhibetur. §. IX.

§. I.

Veram vim atque emphasim Paulinae illius phraseos, quam eruditae diatribe a Celeberrimo OTTIO illustratam legisti, haud melius cognosci posse arbitror, quam ex collatione LXX. Interpretum, quorum dictiones & loquendi modos scriptores sacri exprimunt atque imitantur saepissime. Quod si enim indagabimus phras-

ses Ebraicas V. T. quas illi iisdem verbis quibus hi utuntur, interpretati sunt, quo respexerint, quidve voluerint indicare, haud difficulter collegerimus. Occurrit autem mentio της θυσιας ης προσφορας apud τις εβδομηκοντα haut alibi, quam in illustri loco Ps. XL, 6. cuius verba eorundem adservatis verbis noster quoque Apostolus exhibuit ad Ebr. X, 9. ΘΥΣΙΑΝ ης ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ ης ηδε- λησας, κ τ. λ. His vocibus reddidere תְּבִי תְּנִי, quod in Ebraico est. Paulum itaque per θυσιας תְּבִי & per προσφορας תְּנִי indicasse vix dubitamus. Alibi idem per δωρε ης θυσιας reddidit ad Ebr. V. VIII, 3. per δωρε intelligens תְּנִי, cuius vocis radix apud Arabes conservata est, apud quos תְּנִי est donavit, תְּנִי doni dator, תְּנִי donum, unde vox Almanach, quae & Donum & Kalendarium notat, quod sibi fastos, sicut id fit etiamnum, solebant dono mittere. Illius itaque mens ut intelligatur, quid hae sibi voces velint, probe notandum est, quod a nobis nunc fiet, ubi modo monuerimus, easdem quoque occurrere 1 Sam. III, 4. ubi tamen LXX, ἵδ' ἡ תְּנִי transtulerunt θυμιαμα, procul dubio, quod in תְּנִי τα θυμιαματα praecipuum locum obtinerent.

§. II.

Nimirum omnes oblationes, quae DEO juxta ejus voluntatem sacratae in ara consumebantur, dictae fuere קָרְבָּנוֹת, quod recte

exponitur *Δωρον* Marc. VII, 11. sicut & Josephus Ant. Jud. L. IV. c. 4. *Κορβαῖν*, inquit. *σημαίνει δωρον*. Dicebantur porro *מנחות*, i. e. *dona* Exo. XXVIII, 38. Ez. XX, 26. 39. quemadmodum eodem etiam sensu *Δωρον* Matth. V, 23. & XXIII, 18. vocantur. Hae autem *Oblationes* erant duum generum, vel *cruentae*, & animalium mactatorum, vel *incruentae*, quae ex rebus inanimatis, farina, oleo, vino & thure constabant. Priores dicebantur generaliori voce *זבחים*, *hostiae*, (quae dicuntur à *זָבַח*, mactare, occidere, quam significationem retinere Galli, apud quos *Tuer* eadem notione venit) *sacrificia, hostiae, victimae*, & diversas continebant sacrificiorum species, quarum Judaei vulgo recensent quatuor *עולה*, holocaustum, *Brand-Opffer*; *חטאת*, piaculare sacrificium, *Sünd-Opffer*; *אשם*, sacrificium pro delicto, *Schuld-Opffer*; & *שלמים*, sacrificia pacis, *Dank-Opffer*; quibus solent addere alia privata *פסח בכורים ומעשרות* *Pascha*, *primogenitos & decimas*. Posterioris generis vocantur *מנחות* *munera, ferta, Speiß-Opffer* & aliquando, si accedat vinum *נסכים*, *Libamina*. Haec omnia nulla indigent probatione, quod ne tyronibus quidem vix ignota esse possint. Quis enim nescit in Talmude duos satis amplos Codices occurrere, qui inscribuntur *זבחים ומנחות*? Hinc tamen omnino verbis Pauli affundi lucem oportet. Quando enim utitur

tur voce *παρῆδωκε*, *obtulit se*, vel *se tradidit*, ut
donum respicit *קרבת*, *donum*, Christumque
omne genus oblationibus, five *cruentis*, five
incruentis praefiguratum esse docet. Cum
autem illae erant vel *זבחי*, *victimae*, vel
מנחה, *feria*, utrasque Christum respexisse
innuit, quando ait illum *se tradidisse* ΠΡΟΣ-
ΦΟΡΑΝ καὶ ΘΥΣΙΑΝ, hoc est ex stylo septua-
ginta interpretum *מנחה זבח*.

§. III.

Quod si autem quaeras, an Apostolus per
duplicem illam phrasin diversum aliquid si-
gnificare voluerit, & num oblatio, tamquam
θυσιαι, differat ab oblatione, tamquam *προ-
φορῆς*, mihi quidem id ne quidem dubium
videtur. Puto enim ita designari duo illa
beneficia, quae scopus fuere adventus Christi
in carnem, de quibus omnes Scripturae pa-
ginae loquuntur, ad quae ubivis ferme ple-
raeque SIMVL ceremoniae populi Israelitici
respiciebant. OBEDIENTIAM, ut vocant,
PASSIVAM, juxta & ACTIVAM, qua ille
cum *fecit à nobis faciunda*, tum *passus* est à
nobis *patienda*. *Victimae* enim omnes five
ΘΥΣΙΑΙ V. T. Christum adumbrabant pro no-
bis piaculi loco, mactandum, occidendum,
effundentem sanguinem, i. e. animam ef-
flantem, & horrendis Divinae irae flammis
ustulandum. *Feria* autem illa cum sacrificiis
conjuncta indicabant cum ejus *morte jun-*
ctum iri perfectam *sanctitatem*. Atque huc
omnia

omnia ex quibus illa constabant, referri posse videntur commode. Flos delibatus purissimae farinae symbolum est intaminatae ejus & summae innocentiae. Oleum ex phrasi scripturae dotes spiritus S. quibus unctus est, indicat. In sale cum Christi in bono perseverantiam & constantiam tum sapientiam, cujus Sal symbolum est. Marc. XI, 50. contemplamur. Accedebat Vinum, laetitiae dator, & thur, quibus cum gaudium, conscientiae quo ob exhibitam patri obedientiam aliquando atque profligatum feliciter redemptionis opus delibutus fuit, tum preces, quas pro suis effundit perpetim, nobis revocantur in animum, sicut e contrario quod abesset Mel & fermentum, denotare poterat Christi, tum ab iracundia, & voluptatibus, quarum rerum emblemata mel aliquando est, abhorrentem, tum κακίας καὶ πονηρίας (1 Cor. V, 8, expertem, tum ἐλεεινείας καὶ δειλότητας plenum animum. Cum autem illorum munerum pars traderetur igni, reliqua autem Sacerdotibus cederent in cibum, tum flammam Zeli pro gloria divina, hominumque salute, quibus Sospitator noster consumtus fuit, tum communionem, quam cum Christi justitia atque sanctitate, quae iis imputatur, fideles, Novi foederis Sacerdotes, nanciscuntur, indigitari dicas. Sed haec tantum digito nunc tangimus, forsitan alias illustranda uberius. Saltum ex iis, quid sibi Apostolus, quando de

de *thura*, καὶ προσφορῶν loquitur; velit, patet.

§. IV.

Quando autem Apostolus addit ΕΙΣ ΟΣΜΗΝ ΕΥΩΔΙΑΣ, nihil causae video, cur non haec phrasis tam ad *thuras*, quam προσφορῶν referatur, innuaturque Christi *passiones* aequae, ac obedientiam Patri fuisse acceptissimam. Et sic rursus alluditur ad aliquid, quod tam *victimis*, i. e. זבחים, *thuris*, quam *muneribus*, i. e. מנחה, προσφορῶν bonum odorem conciliabat. Cum enim carnes crude flammis absumerentur, non poterant non teterrimum exhalare odorem, qui excussione viscerum & excrementorum non parum adaugebatur. Ille itaque ut minueretur aliquantum, addenda erat non exigua portio *Thuris* quidem in fertis, at in reliquis sacrificiis *salis*, quem fuisse ita dictum *Sodomiticum*, sive bitumen ex lacu Asphaltite haustum, valde fit verosimile. Omnibus enim sacrificiis *salem* fuisse adjectum ex lege patet Lev. II, 13. *Omniem oblationem ferti tui sale salies, & non cessare facies salem foederis Dei tui a ferti tuo.* Quae verba cum tantum spectare videantur מנחות, tamen ad victimas quoque referenda esse, ex iis, quae adduntur, patet. על כל קרבן תקריב מלח (קרבן) in omni) OBLATIONE tua offeres salem; Superius enim jam visum est קרבן esse nomen generale, & quoque זבחים includere, Et clarius

rius id non solum ex loco Ezech. XLIII, 24. ubi Sacerdotibus praecipitur **עולות & הטאת** conspergere sale, sed & verbis Servatoris apud Marc. IX, 49. **ΠΑΣΑ ΘΥΣΙΑ αλε αλε. θησεται** constat, quae quidem unanimibus Magistrorum Judaicorum suffragationibus confirmantur, quorum sententia est, **כי כל הקרבנות נמלחים קודם שיעלו למזבח:** quod **OMNES OBLATIONES** sale condiri debeant, *anquam imponantur altari.*

§. V.

Illius autem salis triplex potissimum erat usus, cum, ut carnes, aeri expositae a putredine conservarentur, tum ut cum renibus atque adipe igni injectae eo citius consumerentur, praecipue autem ut ingratus ille naribus odor, quem spirabant, temperaretur, sicut etiamnum graveolentiam prunorum injecto sale solemus extinguere. Confirmant haec verba R. Levi, Barzelonitae, quae ex versione J. H. Hottingeri; Senioris in libr. de jure Hebraeorum p. 146. exhibeo. *Ad excitandam animam, sacrificantis, mandato debent offerri res bonae, suaves, ipsique gratiae* **והמלח בו**, in quem censum etiam SAL venit, ut ita opus illud fiat perfectum, cui nihil ex hominum etiam more desit. Ita enim cor ejus vehementer excitabitur; Nam si sal desit, nihil hominis sapit vel palato, vel **PLACET ODORATI**. **TVI.** *Habet praeterea salis usus aliam rationem innuentem, quod, quemadmodum sal omnia*

confirmat atque à corruptione & putredine con-
servat; sic in sacrificii negotio eripiatur homo à
corruptione, serveturque anima ejus, & aeternum
stabilis maneat. Recte! belle! Σοφῶς! si haec
transferantur ad sacrificiorum verum finem,
ac scopum, qui erat adumbrare illum, cujus
sacrificio eripiendus homo à corruptione, & ser-
vanda ejus ANIMA, ac AETERNVM stabilis
maneat. Cum enim omnes sacrificiorum ce-
rimoniae rerum coelestium fuerint *ἑποδείγ-
ματα*, sive, ut phrasi utar Judaeorum סתרים
Arcana & ציורי תיפי, alius quiddam heic
quoque delitescere omnino credimus. Sci-
licet, ut mactata atque occisa hostia Salva-
torem mundi indicabat morte sua generis
humani crimina expiantem, ita adjectus at-
que accensus SAL non solum perpetuam
ejus sacrificii vim, qua eis το δινευκεις,
IN PERPETVVM τας ἀγιαζόμευκεις erat con-
summaturus. Ebr. X, 14. & αὐτεωσει ΑΙΩΝΙΟΝ
adducturus Ebr. IX, 12. sed &, quod praeci-
puo loco notandum est, illud Deo fore gra-
tum, atque in eo acquieturum indicabat.

§. VI.

Temperare mihi non possum, quin heic
adducam verba commemorabilia Bechai, in
Comm. ad legem. fol. 132. c. 4. יש בעצם
המלה כה המים והאש שהם כנגד שתי
חמדות שבהם קום העולם והם מרת
המים ומרת הדין ומטעם זה אמר ולא תשבית
מלח ברית אלהיך קרא ברית אלהיך מלח
לפי

לפי שבו יתקיים וזכרת העולם וכש שאמרו
 דאה שאינו יכול להתקיים כדן שתף עמו
 מדת וחמים: *Qualitates aquae & ignis, quae
 in sale sunt, respondent duobus attributis Dei,
 propter quae mundus consistit, quae sunt, attribu-
 tum misericordiae, & attributum justitiae. Ea
 propter scriptum est. Non auferes salem foederis
 Dei tui. Nominat salem foederis Dei tui, quia
 in illo mundus stat caditve. Convenit cum eo,
 quod alibi dictum exstat. Ecce mundus in justitia
 Dei consistere nequit. Additur ergo attribu-
 tum misericordiae. Fateor haec esse ἀπερο-
 δίκοντα, & tantum non inepta, latere tamen
 in iis veteris Theologiae Israelitarum vesti-
 gia crediderim. Utique enim in sacrificiis
 illustre divinae justitiae juxta, ac misericor-
 diae ὑποδείγμα ac temperamentum appare-
 bat. Illius, cum mactabatur, cremabatur-
 que victima, hujus, quando adpersus atque
 accensus Sal illam Deo esse gratam, eumque
 placatum arguebat. Atque ita idem usus
 salis erat בזבחים, in Sacrificiis, qui Thymi-
 amatum fuit במנחות, in muneribus, osten-
 dere nimirum ea Deo oblata esse εἰς ὄσμην
 εὐωδίας.*

S. VII.

Atque ex his colligere est, quantum tri-
 buendum sit observationi doctorum quorun-
 dam Virorum, quibus egregie Paulinum
 hunc locum illustratum esse sibi persuasere.
 Non possum eam elegantioribus verbis ex-
 prime-

primere, quam, quibus elegantissimus WIT-
SIUS usus est Misc. T. I. L. II. D. II. §. 92.
„In V. T. ea demum sacrificia grati apud
„Deum odoris esse dicebantur, quibus addi-
„tum erat *oleum & thus*, Lev. II, 2. 9. 16. at
„sacrificiis pro peccato nefas erat *thus & oleum*
„addere. Lev. V, 11. neque in odorem bo-
„nae fragrantiae fuisse dicuntur. - - -

„Quoniam irae divinae objectum erat hu-
„jusmodi hostia pro peccato, non licuit ei
„addere *thus*, eo quod non esset in odorem
„bonae fragrantiae, neque in ea ut satisfacto-
„ria acquiesceret Deus. &c. At secus se res
„habet in sacrificio Christi, in quo omnia,
„quam perfectissima, cunctisque suis nume-
„ris absoluta esse par est. Est ibi revera

„Sacrificium pro peccato & reatu, eaque ΘΥΣΙΑ
„dicitur, sed adest simul ΠΡΟΣΦΟΡΑ, qua
„voce Graeci solent reddere ΠΥΡΡΟΝ, quae est
„oblatio cibaria, semper sociata *oleo & thure, vi-
„no & libamine*, atque idcirco fuit *in odorem*
„bonae fragrantiae. Revera Christus sic fuit
„hostia pro peccato, ut divinae irae cesserit in
„pabulum, verum ita ut eo ipso satisfactum
„plenissime fuerit justitiae divinae, & adfuerit
„*thus beneplaciti*, & consecutum sit *vinum le-
„ticiae &c.*“

Haec WITSIO tam pulchra, tam
erudite observata, tam ad illustrandam Dei in ope-
ribus suis sapientiam facientia esse visa sunt, ut ea
in suis non minus, quam ALTINGII(a)

Clas. II. Fasc. III.

Nn

scri-

(a) Vide Alt. hept. Diss. IV. D. 5. §. 19. & 20.

scriptis legi cuperet; Atque in eo alios sibi eruditionis laude inprimis praestantes Viros (b) habet ἑμοφίφως.

§. VIII.

Sed vereor, ut haec tam accurata sint, quam & ingeniose exputata & eleganter sunt proposita. Quamquam enim saepius תנחל in odorem bonae fragrantiae dicuntur offerri, v. gr. Lev. II, 2. 9. 12. VI, 15. 20. XXIII, 13. 18. Num. XXVIII, 2. 24. ut & חבית Num. XV, 7. 10. 13. 14. & apud Syracidem L. 17. non tamen de illis solum id dicitur; Generaliter de חבית omne genus ea phrasis usurpatur Lev. XVII, 6. Num. XV, 3. XXVIII, 8. Ezech. VI, 13. XX, 28. 31. & de diversis ejus speciebus v. gr. חבית Lev. III, 5. 16. De תנחל, i. e. de Sacrificiis pro peccato, (c) Lev. IV, 31. Omnium autem frequentissime de עולות sive holocaustis, quae erant praecipuae piacularium victimarum, in quibus potissima divinae irae ac justitiae erat ἐνδειξις. Vide Gen. VIII, 21. Ex. XXIX, 18. 25. 41. Lev. I, 9. 13. 17. VIII, 21. 28. XXIII, 18. Num. XV, 3. 24.

(b) Vide S. DEVLINGII Obs. S. LI. obs. 45. AMELIVM, sive, qui sub illo nomine latet P. ZORNIVM, in investigatione diffic. locorum N. T. quae vernaculo sermone proflar, Tom. I. p. 176. & 650.

(c) Locus hic probe notandus est contra doctissimos Viros, qui Sacrificiis piacularibus ἐνδειξις abfuisse scribunt, id quod ipsi Relando A. J. L. III, c. 4. §. 9. exidisse deprehendo.

3. 24. XXVIII, 6. 13. 27. XXIX, 2. 6. 8. 13. 36
 In quibus locis omnibus phrasibus occurri
 לרִיחַ נִיחַח quam *ai ó* vertunt ΕΙΣ ΟΣΜΗΝ
 ΕΥΩΔΙΑΣ. Et, licet quibusdam Sacrificiis
ibus atque *oleum* addere non liceret, omnibus
 tamen addebatur SAL, quo non minus illa
 Deo ea fieri accepta significabatur, quam si
 gratus thuris odor accessisset. Ex quibus
 omnibus colligas in hoc quoque Apostoli
 loco ad utrumque tam ad ΘΥΣΙΑΝ quam
 ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ, illam phrasin, quam à LXX.
 mutuatus est, esse referendam praesertim, cum
 immediate, non tam cum *hac*, quam *illa* con-
 jungatur.

§. IX.

Docet itaque Paulus hoc dicto *Jesusum Chri-*
stum omnium oblationum, sive קרבנות, tam
 זבחים, *sacrificiorum*, quam מנחות, *munerum*
 ac *feriorum* fuisse ἀντιπαρα. Fuisse porro
 omnibus numeris absolutam salutis causam,
 cum & *facienda fecerit*, Obedientiam, ut lo-
 quuntur, ACTIVAM Deo praestando, &
paciunda passus sit, obedientiam PASSIVAM
 Patri suo exhibendo, quae duo unice requi-
 rebantur, si supremo Numini cum genere
 humano tam *peccati*, quam *poenae* reo in-
 gratiam redeundum esset, quibusque nunc
 praestitis ad plenam reconciliationem nihil
 amplius desiderari posset. Omnia autem,
 quae cum fecit tum passus est, non sui causa,
 sed nostri fecisse & passum esse. Ita ut ὑπερ

ἑμεων, i.e. nostro loco, instar piacularis victimæ, semet ipsum dirisimæ morti obtulerit. His autem omnibus effectum esse, ut Deus plene in eo acquiesceret, & humano generi reconciliaretur. Summi ergo & impensissimi amoris præbuisse documentum, à fidelibus omnium contentione imitandam; Si enim illi velint ostendere, quod *Christum didicerint, quod eum audiverint, ejusque disciplina fuerint imbuti,* (quæ phrasæ ex capite præcedente comm. 20. 21. huc referendæ) ex ejus exemplo oportere discere, & **QUI**, sint amandi; *inimici nostri,* sicut Christus dilexit **NOS** inimicos suos, & **QUOMODO**; sincere, neque verbis solum, sed & factis, & modo intensissimo, ita ut pro aliis non solum multa & præclara agamus, sed & vel ipsam mortem, ubi scilicet causa salutis æternæ agitur, oppetere non dubitemus, exemplo Christi, Joh. XV, 13. Rom. V, 6. 7. 8. 1 Joh. IV, 9. 10. & **QUAMDIU**; constanter, & ad ultimum usque vitæ halitum, & denique **QUEM IN FINEM**; ut & gloria Dei promoveatur, æternæque animarum felicitas stabiliatur; quibus rebus Christus quoque unice permotus fuit, ut tot tantaque pro nobis & faceret, & pateretur, seque ipsum offerret τῆ θεῷ ὑπερ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν εἰς δόξαν ἰσθλας. Et hæc quidem hætenus.

GYMNASII illustris TIGURINI

facies, qualis fuit A. 1718.

Exhibens vitam & scripta *PROFESSORUM*
in utroque ejus Collegio
docentium.

Formam & instituta Ecclesiæ Scho-
læque Tigurinæ, quam tanquam
almam Matrem venerantur, quot-
quot sacris emendatis operan-
dant, si quis penitus introspicere
volet, ei suademus, ut consulat *Lu-*
dovici LAVATERI Opusculum de ritibus & insti-
tutis Ecclesiæ TIGURINÆ, quod cum rarissi-
mum temporis decursu factum esset, cura
Clarissimi *Job. Baptista OTTII* denuo reco-
gnitum, longeque auctius prodiit Tiguri
1702. 8. Ex eo addiscimus Gymnasium istud
inclytum, quod tot & tam præclara a primis
Reformationis incunabulis Ecclesiæ Refor-
matæ sidera exhibuit, duobus constare col-
legiis, sibi invicem innexis. Inferius, in
quod recipiuntur, qui ludo literario exi-
muntur, per biennium in eodem commora-
turi, *Collegium Humanitatis* dicitur, quia stu-
dia, quæ humaniora dici solent, illic a qua-
tuor Professoribus tractantur. Biennio vero
elapso transitur in Collegium superius, seu
Scholam Carolinam illustrem, quæ octo no-

venve Professores habet divinæ humanæ-
que doctrinæ semina studiosæ juventuti in-
stillantes. Utriusque Collegii Doctores, qui
omnes Tigurini sunt, & hac tempestate
florent, ætatis servato ordine, sequuntur.

Joh. Jac. HOTTINGERUS, natus est
mense Decembri a. 1652. Filius τῆς πατρὸς Joh.
Henr. Hottingeri. Cœtus Stallikonensis in
agro Tigurino Pastor constitutus a. 1680. In
quo munere cum sexennium transegisset
a. 1686. in patriam ad obeundum Diaconi
munus in ecclesia cathedrali accersitus est,
quo nunc a quatuor circiter annis Filium
suum, sui ut nominis, ita & virtutum hæ-
redem cum laude fungi lætus videt. Anno
1698. summo Viro Joh. Henrico HEIDEG-
GERO, Professore Theologiae, successus est.
Qualis ac quantus ille vir sit, ex libris, quos
vulgavit, quorumque hic Catalogum habes,
cognosces. *Biblishe Prob des Züricher-
rischen Catechismi/ oder gründlich Schrift-
mäßige Beweißthum/ daß die in gedachtem Cas-
techismo enthaltene Lehr/ der Reformirten Kir-
chen/ Gottes heiligem geschriebenen Wort ge-
mäß; hingegen die neue Römische/ in einem
jüngst außgegebenen also genannten Prob-
Stein/ verfochtene Lehr/ demselben zu wider sey/*
A. 1685. 1. Alph. 2. pl. in 12. Sfortia PAL-
LAVICINUS, infelix Concilii Tridentini
Vindex; Sive Exercitatio Historica, operi,
quod Cardinalis Pallavicinus, de Concilio Tri-
denti-

dentino scripsit, opposita; Qua, præmissis quibusdam, de Concilii Tridentini Historia, generalibus; Cardinalis Pallavicini, adversus Historiam Concilii Tridentini, sub nomine Suavis Polani, publicatam, præjudicia, accusationes, exceptiones &c. excutiuntur: Et Historia ei à Pallavicino opposita, multis modis mendosa, suspecta, falsa, & causæ adversus Polanum susceptæ, detrimentosa esse ostenditur A. 1692. pl. 13. in 4to. **Schriftmäßige Vertheidigung/ der Evangelischen Lehr- und Kirchen/ gegen P. Gerald Wielands/ Conventualen zu St. Gallen/ unter dem Namen Decalogus und Trialogus, aufgegebenem Gespräch/ vom wahren Glauben A. 1695. in 8. 2. Alph. 1. pl. Kürzere Widerlegung der zehen Gesprächen/ welche P. Wieland Conventual des Closters St. Gallen/ vom wahren Christlichen Glauben/ ans Licht gegeben in 8. A. 1695. pl. 7. Helvetische Kirchen, Geschichten: Mit nothwendigen Anmerckungen/ von der Lehre/ Gebräuchen und Regierung/ der Helvetischen Kirch und den darinn vorgefallenen Veränderungen; Auf bewährten/ gedruckten und geschriebenen Documentis, unpartheyisch zusammen getragen/ in richtiger Jahres Ordnung/ biß auf gegenwärtige Zeiten aufgeführt/ und in sieben Bücher abgetheilt/ in 4to A. 1698. 3. Alph. 14. pl. Helvetischer Kirchen. Geschichten 20. zweyter Theil; Anzeigende den Zustand der Helvetischen Kirch/**

Von den Zeiten Kaiser II. bis auf dero/ unter
 Kaiser Maximiliano II. angehefte Verbesse-
 rung sammt nothwendigen Anmerckungen/ &c.
 ut supr. A. 1708. in 4to 5. Alph. 8. pl. Selt-
 vetische Kirchen-Geschichte/ dritter Theil.
 Vorstellende/ wie das hochlöbliche Reforma-
 tions-Wercke / in der Evangelischen Eydges-
 nosschaft / und verschiedenen mit-verbünderten
 Länderen und Städten; Gottseelig unterfangen/
 tapfer fortgesetzt/ glücklich zu End gebracht/ und
 unter Göttlicher Gnad/ bis auf unsere Zeiten
 erhalten worden; Auf bewährten/meistens un-
 gedruckten und Glaubens-würdigen Documen-
 tis zusammen getragen. An. 1708. 5. Alph.
 Biga Exercitationum, Historico-Theologica-
 rum de POENITENTIA primitivæ, nec
 non Romanæ Ecclesiæ. Quibus Illius Nata-
 les, Variæ ætates & Interitus: Hujus Indoles,
 partes, partus, Nævi &c. edisseruntur; & cre-
 bra Bellarmini; Joh. Morini; Natalis Ale-
 xandri &c. de utraque hallucinationes, & ter-
 giversationes excutiuntur. A. 1706. 1. Alph.
 17. pl. Getreuer Gewissens-Rath / in der
 hochwichtigen Lehr von der Gnade Gottes / in
 des sündlichen Menschen / unverdienter Erweh-
 lung und kräftiger Bekehrung/nach den Grund-
 Regeln der Wahrheit/ auß heiliger Schrift ab-
 gefasset/ und auß Begehren in Druck versertiget
 in 8. 28. Blätter. Zustand der Seelen nach
 dem Tod: Auß heiliger Schrift gründlich und
 deutlich dargestellt; Sammt beygefüget beschei-
 dente

dentlicher Widerlegung/ verschiedenen/ von bess
meiner Begnadigung deren gefallenen/ und von
Gott in die Hölle gestürzten Engeln und Men-
schen/ unter dem Titul des ewigen Evangelii/
der Wiederbringung aller Dingen/ des Mitle-
ren Zustands der Seelen/ ohnlängst aufgestreues-
ten Schrifften in 8. A. 17 15. 10. pl. Die unver-
fälschte Milch der Christlichen Lehre 26.
von der heiligmachenden Gnade Gottes; De-
ro Beschaffenheit/ Nothwendigkeit/ Ursprung/
Anfang/ Wachsthum/ Mitten 2c. Auf heiliger
Schrift verfasst/ durch einen/ der heiligen
Wahrheit/ und wahren Heiligkeit Besessenen/
zu Unterweisung der Unwissenden/ zu Stär-
kung der Schwachen/ zu Wiederweisung und
Aufweckung der Irrenden/ und annoch fleisch-
lich gesinneten A. 1716. 9. pl. in 8. Nach-Bericht/
verfassende/ gründliche Nachrichten/ und ge-
treue Warnungen/ wegen dermahl im Schwang-
gehenden/ übel-genenneten Pietismi, p. 36.
Versuchungs-Stunde/ über die Evange-
lische Kirch. Vide Cl. I. Fasc. 3. pag. 365.
& Fasc. 6. p. 870. sqq. Dissert. de Resipiscencia
Evangelica, Eiusdemque Nativa Indole. Am-
1696. 3. pl. Diatribe, de S. Spiritu, prædi-
cante Spiritibus in Carcere, ad Illustrem Pe-
tri Locum. 1. Epist. 3. 19. 20. A. 1672. 2. pl.
Dissert. Dogmatis de Justificatione Summam
& Historiam exhibens A. 1678. 3. pl. De
præscriptione in Causa Religionis A. 1698.
3. pl. Dissert. Doctrinæ de Persona, statu, &

officio *Christi*, compendium exhibens, ex
 Epistola ad Hebræos. A. 1699. 2. pl. De
 Intercessione *Christi* mediatoria. A. 1699. 4. pl.
 De Fidei, *Justitiam Christi* imputatam ap-
 prehendentis, ΕΝΕΡΓΕΙΑ, & usu ad Praxin
 Pietatis. A. 1711. 3. pl. Doctrina, de *Justitia*
 vera Peccatoris, fide & utriusque Imputatio-
 ne; Testimonio Legis, Prophetarum & Apo-
 stolorum roborata. A. 1715. 3. pl. De Ap-
 plicatione *Justitiæ Christi*. A. 1703. 5. pl.
 De Ecclesia duæ Diss. A. 1708. 8. pl. Depo-
 tentia Verbi Divini. A. 1704. 5. pl. De fre-
 quenti Communione. A. 1705. 5. pl. De
 Invisibilis Visione per fidem. Ad Hebr. XI,
 27. A. 1706. 4. pl. Exerc. qua Oeconomia
 & Beneficia Salutis eruuntur ex Joh. III, 16.
 A. 1709. 3. pl. De Anathemate Paulino ad
 Rom. IX, 3. A. 1710. 4. pl. De Manduca-
 tione Corporis *Christi*. A. 1700. 5. pl. Dia-
 tribæ Historico-Theologicæ, qua *Prædestina-*
tionem & *Godeschalci* Pseudo-Hæreses, Ad-
 versariorum gratiæ commenta esse demon-
 strantur. Sectio prior, p. 28. Sectio posterior,
 de Ejus de *Prædestinatione* & Gratia Do-
 ctrina. A. 1710. p. 77. ΔΙΑΣΚΕΥΙΣ Historico-
 Theologica, qua Ratramni, qui vulgo Ber-
 tramus, Doctrina de præsentia Corporis, &
 Sanguinis *Christi* in S. Cœna, investigatur,
 & à Mabilloni, Natalis Alexandri &c. vitiliti-
 gationibus vindicatur. A. 1711. p. 44. De
 Veritate secundum Pietatem. A. 1707. 4. pl.
 De

De Operatione Dei, in animo Hominis im-
mediata. A. 1714. 7. pl. De Religione in ge-
nere; Inspecie de Veræ Characteribus. A. 1714.
4. pl. De Magnitudine Dei. A. 1701. 4. pl.
De Pædobaptismi Jure & Antiquitate, quæ
ex Verbo Dei, & primitivæ Ecclesiæ praxi
astruitur. Modernis, sub Pietistarum Larva,
hinc inde grassantibus Catabaptistis opposi-
ta. A. 1702. 4. pl. De Conscientia, ejus-
demque obligatione & directione. A. 1703.
5. pl. De Supremo Controversiarum Judi-
ce; *Historica*. A. 1704. 4. pl. De Supremo
Controversiarum Judice *Christiano*. A. 1707.
6. pl. De Supremo Controversiarum Judice
Anti-Christiano Personato, A. 1707. p. 28. De
Supremo Controversiarum Judice, Papista-
rum opinione *genuino & unico*. A. 1708. p. 40.
De Jesu Christo ad Jordanem *Baptisato*. A. 1708.
4. pl. De Jesu Christo ad Jordanem *glorifica-*
to. A. 1709. p. 38. De Jesu Christi, in de-
serto, cum Satana Congressu, & reportata de
Hoste Victoriâ. Diss. tres. A. 1709. & 1710.
12. pl. De Genealogia Jesu Christi, Dissert.
duæ. A. 1711. & 1713. 10. pl. De Miraculis
Jesu Christi. A. 1713. 9. pl. Pars Posterior, seu
Sectio IV. quæ Porismatica est, miraculorum
Christi veritatem; Anti Christianorum va-
nitatem & falsitatem astruens. A. 1716. pl. 3.
De Conversatione Jesu Christi Sanctissima,
in Carne Humili; obedientiæ & Sanctitatis
Speculo purissimo, & Exemplari perfectissi-
mo.

mo. A. 1715. pl. 5. De doctrina Jesu Christi, fonte & Norma Veritatis. A. 1715. 7. pl. De doctrina Jesu Christi fonte & Norma Sanctitatis. A. 1716. 5. pl. ΠΙΟΤΤΕΩΣΕΩΣ. Doctrina de gratia Dei salutifera, Sectio prior quæ generalis est. A. 1718. 5. pl. De *Johanne Baptista*, Annunciationem Conceptionis ejus exhibens. Historico-Theologica. A. 1717. 5. pl. In S. Johannis Baptistæ Curriculum Vitæ & obitus. A. 1718. 5. pl.

JOH. JACOBUS LAVATERUS, Helvetio-Tigurinus natus A. 1657. Prof. Theologiae Catecheticae in Colleg. Humanitatis. A. 1684. In eodem Logicae & Rhetoricae A. 1697. Ethices in Collegio Carolino, A. 1695. & Theologiae Veteris Testamenti in eodem A. 1710. Edidit Meletema de modo vere, vivide & salutariter cognoscendi verum atque Triunum Deum deque mysterii hujus in praxi pietatis necessitate & usu. A. 1711. Dissert. ad Gen. VI, 5. & VIII, 21. de Humana Corruptione. 1711. 4. Diff. de imputatione & non imputatione Justitiæ & peccati in statu Naturæ, gratiæ, gloriæ & Miseriæ æternæ, ejus natura, fundamento, modo hujusque doctrinæ usu. 1712. 4. Disput. de Methodo minus speculativa, magis practica & populari, considerandi populoque Christiano proponendi doctrinam de decretis. 1712. 4. *Δωδεκὰς* Thesium Theologicarum. a. 1713. *Catena præcipuarum veritatum felicitatis & salu-*

salutis nostræ, sub Naturæ & gratiæ fœderè,
 causas, media, certitudinem concernentium.
 1713.4. Disput. de contemplatione operum
 Naturæ secundum Manuductionem Scriptu-
 ræ S. 1713.4. *Ασθενείας* Thesium Theologi-
 carum. 1714.4. Disp. de communi Patri-
 bus V. & fidelibus N. T. in Christo facta pro-
 missione ceu fidei utrorumque objecto &
 communi utrorumque *τελειώσει* ex collatione
 Cap. X. XI. XII. Epist. ad Hebræos. A. 1714.
 Ejusdem Continuatio. A. 1715.4. Disput.
 de Providentia Dei operativa in Creaturis
 intelligentibus ante & post illarum à Deo de-
 fectionem, sine sibi ipsi in Creatione propo-
 sito nunquam excidente. 1714. Disp. in qua
 ostenditur Creationem Hominis primam
 conceptum secundæ, fœderis vero Naturæ
 Naturam penitus introspectum, verum at-
 que genuinum fœderis gratiæ conceptum mi-
 nifice illustrare, validissimeque statuminare.
 1715.4. Disp. Revelationum Divinarum
 Oeconomiam brevi exhibens in Sciagraphia.
 1716.4. Disputatio Theol. de bis Tribus in
 cælo & in terra testibus, omni tempore inde
 à Condito mundo de Jesu Christo, salutis
 Authore testantibus & ad probandam fœde-
 ris gratiæ cum unitatem tum firmitatem suo
 testimonio tendentibus ad 1. Joh. V, 7. 8 seqq.
 1716.4. Disp. de Divina Scripturæ Sacræ
 Hominem in Cognitionem Dei rerumque
 Divinarum ducentis Methodo. 1717.4.
 Disp.

Disp. de Divinis & Humanis operibus, eaque
subsequentibus divinis & humanis Sabbathis,
A. 1717. 4.

Joh. Casparus HOFMEISTERUS, natus
A. C. 1657. Professor Eloquentiæ A. 1684.
Historiarum A. 1695. Linguae Græcæ A. 1705.
Collegii Carolini præpositus 1710. Edita ab
eo est Sulpitii Severi *Historia Sacra cum
notis selectis Variorum DRUSII cumprimis & J.
VORSTII; insertis subinde etiam observationibus
novis, quibus tum phrasis & Historia Sulpicianæ
illustratur, tum errores Auctoris, sicubi a veritate
Historiæ sacre discedit diligenter notantur, adjecto
indice gemino, rerum uno, altero Latinitatis Ti-
guri 1708. 8.*

David HOLZHALBIUS, Natus 1677. Mi-
nister Evangelii factus A. 1697. Professor
publicus Biblicæ Theologiæ primum A. 1702.
deinde Eloquentiæ A. 1705. & tandem Philo-
sophiæ A. 1716. creatus est. Edidit Exegesin
Philologico-Theologicam in Psalmum XVI.
Lugd. Bat. 1702. 4. Disputationes Biblicas,
veluti de Spiritu ad invidiam concupiscente
ad locum Jac. IV, 4. De Pauli Mathematica
sacra ad Ephes. III, 18. De statutis Dei non
bonis ad Ezech. XX, 25. Compendium Ora-
torium, cum arte epistolica in gratiam stu-
diosorum Eloq. A. 1714. Disputationes
Pneumaticas.

Joh. de MURATTO Medicinæ D. natus
A. 1645. Canonicus 1691. obtinens Profes-
sionem

nem physicam, Industriæ ejus sequentia debentur scripta. Scholamutorum & surdorum, Tig. 1665. Consultatio Medica de angina Basil. 1667. Exercitatio Medica de inflammatione & ulcere vesicæ. Lugd. Bat. 1668. Præf. Cl. de le Boe, Sylvio. Exercitatio Anatomica de experimentis novissime factis. Monspeli 1670. Disput. Medico-Chirurg. inauguralis de morbis parientium. Basil. 1671. Exercitationes Medicæ seu Experimenta Anatomica de humoribus in corpore nostro circumfluentibus, Tigur. 1675. Prima agit de chylo & lacte, Secunda de lympha & saliva, Tertia de bile & excrementis biliosis, Quarta de sanguine & excrementis humorum. Disputationes Physicæ. I. De lactis natura. II. De sanguinis & lymphæ natura. III. De natura bilis. IV. De Oeconomia corporis animati. V. De sanitate. Tigur. 1695. sq. Rinder-und Hebammens Büchlein. Basil. 8. 1697. Disputatio extraordinaria de lapidibus. Tigur. 1711. Vademecum Anatomicum seu clavis Medicinæ, Tigur. 1677. Observationes variaz Ephemeridibus Natur. Curios. insertæ Anno 1. & 2. Decur. II. Systema Physicæ Experimentalis, successive disputatum in 3. tomis. 1705 - 1714. Anatomisches Collegium gehalten zu Zürich. Nürnberg. 1687. Naturalis scientiæ prodromus seu Compend. Physicum in tabulas digestum. Tig. 1693. Scientiæ naturalis compendium pro Scholæ Carolinæ auditoribus.

Tig:

Tig. 1694. Dissertatio Physica integram naturam experimentis illustrans. Tig. 1703. Medulla Physica erotematica. Tig. 1715. Oratione Carolina de persecutione Locarnensi. Hippocrates Helveticus. Basel 1692. und 1716. Chirurgische Schriften/ sammt einer Feldscheer-Kunst. Basel. 1691. und 1711. Endgenössische Lust-Garten mit schönen Holzschnitten. Zürich 1715. Neueröfneten Balsamischer Gesundheits-Schatz wider die ansteckende Seuchen an Menschen und Vieh. Zürich 1714. Disputatio de insectis eorumque transmutatione 1718.

Johannes Rodolfus CRAMERUS, natus d. 14. Februar. 1678. Professor Ling. Hebr. in Collegio Humanitatis A. 1702. Professor Historiæ Sacræ & Profanæ A. 1705. & Ling. Hebr. in Collegio Publico A. 1706. Canonicus A. 1717. Scripta ejus: Decas Thesium Theologicarum, sub præsidio Fratris, Joh. Jacobi CRAMERI, S. Th. Doct. & Prof. Herbornæ. 1700. Dissertatio, Filium Dei Ecclesiæ non Novi tantum, sed & Veteris Testamenti præsentem, ex loco Jesaiæ XLVIII, 16. exhibens, sub præsidio ejusdem Herbornæ. 1701. 4. הלכות בכורים seu Constitutiones de *Primitivis*, R. Mosis F. Maimonis, quæ inter Titulos III. partis Operis Maimoniani משנה תורה seu יד חזקה appellati, habentur, cum Versione & Notis philologicis. &c. Lugduni Batavorum. A. 1702. 4. Henrici

Alting Historiæ Sacræ & Profanæ Compendii,
cum Orbis & Incolarum Descriptione, ut &
Joh. Henrici Suiceri, S. Th. D. &c. Histo-
riæ Ecclesiasticæ Chronologicæ Delineationis
Continuatio & Supplementa usque ad Annum
1707. Tiguri 8. Dissertatio de Lege הענילה
הערופה Juvenæ decollandæ ex Deuteron.
XXI, 1-9. Tigur. A. 1708. 4. Edi quoque
curavit fratris sui, Joh. Jac. CRAMERI, Pro-
fessoris Herborenensis Opuscula Philologico-
Theologica. Francof. & Lipsiæ, 1705. 4.

JOH. JACOBUS SCHEUCHZERUS,
Patre Synonymo Reip. Tigurinæ Archiatro,
Matre Anna Barbara FÆSIA natus IV. Non.
Aug. 1672. Academiam Altorffinam adiit
1692. Celeberrimorum Virorum Wagensei-
lii, Sturmii, Hoffmannorum Brunonis infor-
matione familiari gavisus, Trajecti Batavo-
rum 1694. Gradum Doctoris assumpsit, lu-
stratis præcipuis Belgii & Germaniæ Acade-
miis domum redux A. 1695. ab Ampliss. Ma-
gistratu Tigurino in Poliatorum numerum
receptus, & Prof. Matheos declaratus om-
nem impendit operam, ut & expectationi
Procerum respondere, & agris adjumento
esse posset. Studio imprimis Historiæ Natu-
ralis Patriæ adlectus annuas fere in has illasve
Regionis nostræ montosas suscepit, easque
pretiosas simul & laboriosissimas excursio-
nes, ut pauca sint ex præcipuis Helvetiæ ju-
gis altissimis, quæ non scandendo superarit.

Class. II, Fasc. III.

O o

Aca°

Academiae Nat. Curios. Leopoldinae sub
 Excell. Schröckii Praesidio adscriptis 1697.
 societati Regiae Anglicae 1704. societati Regiae
 Prusicae 1706. In Bello Toggico 1712. Me-
 dicum egit castrensem, eo quidem successu, ut
 ex 800. agris unicus duntaxat obierit, isque
 morte violenta. A. 1714. à Potentissimo Rus-
 siae Imperatore vocatus ut illi à cura valetu-
 dinis esset, maluit studia sua & vitam porro
 consecrare Patriae, retentus favore procerum,
 amore suorum, & salarii augmento. Ex
 Coniuge Susanna Vogel, qua cum matrimo-
 nium iniit 1697. filii supersunt 4. filia una.
 Scriptorum, quae partim edidit, partim in scri-
 nio servat, quibus immortaliter de divinis,
 humanisque scientiis meritus est, & porro an-
 nuente Deo merebitur, indicem hunc habe.
 Diss. inaug. de surdo audiente, Ultraject. 1694.
 De generatione Concharum Epistola ad Exc.
 Joh. Christophorum *Sturmium*, Phys. & Math.
 prof. Charta invitatoria quaestionibus, quae
 Historiam Helvetiae naturalem concernunt,
 praefixa Lat. & Germ. De dendritis, aliis-
 que lapidibus, qui in superficie sua planta-
 rum foliorum florum figuras exprimunt Dis-
 sertatio Epistolica ad D. Michaelen Frid.
 Lochnerum. Epistola de Cerva Cornuta.
 Historiae Helveticae naturalis Prolegomena.
 Stoicheiologia ad Helvetiam applicata.
Κρυσταλλολογία seu Dissertatio de *Chrystallis*, ha-
 rum naturam ad mentem veterum & recen-
 tio-

tiorum per sua Phænomena explicatius tradens. Physica oder Natur, Wissenschaft. Medulla Physicæ; Kern der Natur, Wissenschaft. Specimen Lithographiæ Helveticæ Curiosæ, quo Lapides ex figuratis Helveticis selectissimi æri incisi sistuntur & describuntur. *Opere Polare Helveticus, sive Itineris alpini descriptio Physico-Medica prima. Nova Literaria Helvetica; A. 1701. ad annum 1714. incl.* Specimen Geographiæ physicæ, quo agitur de Terra & corporibus Terrestribus, speciatim Mineralibus, nec non mari, fluminibus & fontibus. *Accedit Diluvii universalis, effectuumque ejus in terra Descriptio. Beschreibung der Natur, Geschichten des Schweizerlands / zwey Theile. Beschreibung der Natur, Geschichten des Schweizerlands / dritter Theil / enthaltende / vornemlich eine über die höchsten Alp-Gebirg Ao. 1705. gethane Reise. Helvetiæ Stoicheiographia Orographia, & Oreographia oder Beschreibung der Elementen / Gränzen und Bergen des Schweizerlands. Hydrographia Helvetica, Beschreibung der Seen / Flüßen / Strömen / warmen und kalten Bädern und anderen Mineral-Wässern des Schweizerlands. Meteorologia & Oryctographia Helvetica, oder Beschreibung der Luftgeschichten / Steinen / Metallen und anderen Mineralien des Schweizerlands / absonderlich auch der überbleibseln der Sündfluth. Historia Plantarum in Helvetia sponte nascentium*

centium MSC. Historia animalium Helvetiæ: MSC. De Helvetiis eorum genio statu naturali & morbofo. MSC. Itinera Alpina annorum 1702. usque ad a. 1711. incl. MSC. *Ougeti Polaris* Helveticus, sive Itinera Alpina tria, in quibus animalia, incolæ, plantæ, montium altitudines, Barometricæ Cœli & Soli temperies, Aquæ medicatæ, Mineralia, metalla, Lapidés Figurati aliaque Fossilia & quicquid insuper in natura artibus & antiquitate per alpes Helveticas & Rhaticas rarum sit, & notatu dignum exponitur & iconibus illustratur. Piscium Querelæ & vindiciæ. *Bildnüsser verschiedener Fischen so in der Sündfluth zu Grund gegangen.* Dissertatio Epistolica de montium altitudine & dimensione. Observatio Eclipsæ Lunaræ, Anni 1706. Observationes variæ Barometricæ. Schediasma de generatione & speciebus Chrysalii. Herbarium Diluvianum. Plantarum Diluvianarum Methodica in classes Tournefortianas distributio. Caji Plinii Secundi & Claudii Salmastii Dialogus de Andromante. Mappa Comitatus Foggici, die Landschaft Toggenburg. Oratio de Usu Matheseos in Theologia. Beschreibung des Niederurner Bads im Glariserland. Nova Helvetiæ Tabula Geographica. Register aller in dieser neuen Schweizer-Chart befindlichen Wörtern. Enchiridion Mathematicum. Bibliotheca Scriptorum Historiæ Naturali omnium terræ.
Re-

Regionum inservientium tanquam Historiæ
 Naturalis Helveticæ prodromo, cui accessit
 Cel. Viri Jacobi le Long. Bibliothecarii Ora-
 toriani de Scriptoribus Historiæ Naturalis
 Galliæ. Specimen de Cornu Ammonis.
 Thesaurus Numismatum Antiquorum Hol-
 lendarianus. Historiæ Politicæ Reformatio-
 nis circa pacta senatus & populi Tigurini
 fundamentalia. MSC. Commentarius in
 Pacta Reip. Tigurinæ jurata der Stadt Zürich
 geschworne Brieff. MSC. Commentarius in
 Methodum conscribendi Historiam Helve-
 ticam. Bibliotheca integra Historicorum
 Helveticorum MSC. Scriptores ex omni
 Facultate MSC. Index in MSC. sancto-
 Gallensis Bibliothecæ Tigurinæ MSC. In-
 dex in Acta Societatis Regiæ Scientiarum
 Galliæ. MSC. Oratio de Miraculis Passio-
 nis Christi. MSC. Collectanea pro Refor-
 matione Scholæ Tigurinæ. MSC. Musei
 Crosci Tigurini descriptio MSC. Collecta-
 nea pro Geographia Hispaniæ Galliæ & Ger-
 maniæ. MSC. Toggici Comitatus Descri-
 ptio. Hodegus Studiosi Politici. Index
 Nummorum Græcorum ex Imperatoriis &
 Consularibus. MSC. Index Nummorum
 Græcorum pro Regibus & Urbibus. Index
 Specialis in collectaneorum Wiekianorum
 Tomos MSC. Collectanea Inscriptionum
 Antiquarum Romanarum MSC. Ludovi-
 ciana Pharmacia. In Bauschium de Aetite

Notæ & Additamenta. MSC. Meditationes
 de morte. MSC. Gott zeigende Natur-Wis-
 senschafft. MSC. Mensurarum cavarum Ti-
 gurinarum & Tugiensium dimensio. MSC.
 Nomenclatura Lapidum Figuratorum. So-
 des Gedanken. MSC. Josephi Pibbon Tour-
 nefortii Methodus Plantarum ex Gallico in
 Latinum translata. MSC. De Numisma-
 tum Notitia. Willisus de Anatome Cere-
 bri ex Latino in Germanicum. MSC. No-
 tæ in Becmanni Politicam. Excerpta ex
 Leibnitii Theodicea & Crozæ Logica. Bon-
 der Seelen Unsterblichkeit und dem ewigen Leben.
 Richardi Bentley VIII. Predigten wider die
 Gottes Lügner. MSC. Pascal Pensees, ex
 Germ, in Lat, MSC. Discursus varii Lin-
 gua vernaculâ in collegio τῶν ἰουδαίων ha-
 biti. MSC. Acta Collegii τῶν ἰουδαίων con-
 signata ab A. 1695. ad 1709. MSC. In Loca
 S. Sacræ Physico-Mathematica Commenta-
 rius. MSC. Specimen ejus primum hujus
 fasciculi locum occupat. Lexicon Polyglot-
 ton. MSC. Vitæ & scripta Authorum Bota-
 nicorum Mineralogorum, & Zoologorum.
 MSC. Explication d'une Medaille d'un
 Prince Anonyme Fils de Domitien adressée
 à Mr. Formond de Tours. Vita Conradi
 Gesneri. MSC. Laurentii Pataroli series
 Augustorum Augustarum Cæsarum & Ty-
 rannorum omnium tam in Oriente, quam
 in Occidente. MSC.

Joh. Jacobus HULDRICUS, V. D. M. Pastor orphanotrophii & Ethices Professor, de ejus vita & scriptis mentio jam facta est fasciculo præcedente p. 301 sq.

Henricus NEUSCHELERUS natus 1680. Professor Catecheticus in Collegio Humanitatis creatus 1710. Biblicus 1716.

Diethelmus GEIGERUS natus die 8. Maji 1679. Professor Eloquentiæ creatus 1716.

Rodolphus LAVATERUS, natus 1656. Professor Catecheticus in collegio humanitatis & Ethicus in collegio superiori 1697. Professor Logicæ & Rhetoricæ in collegio humanitatis 1710.

Joh. Henricus HIRZELIVS, natus A. C. 1679. primum ad docendam linguam Hebræam a Curatoribus Athenæi Patrii in Collegio Humanitatis ab anno 1706. admotus est. Dein ab anno 1710. in tradenda lingua Latina socero suo J. Henrico *Erisio*, Viro Clarissimo vicariam præstitit operam. Eisdem elapso anno superos petenti successit. Confer Fasciculi præcedentis p. 349. In publicum edidit Dissertationem philologicam de *בית שמחת השואבה* h. e. lata aquæ effusione in festo Tabernaculorum; Anno 1704, Lugd. B. Fundamenta punctationis Linguae Hebrææ 1708. Commentarium de Observationibus linguæ Latinæ 1717.

David LAVATERVS, Vir-Juvenis eruditissimus, laudato Hirzelio in lingua Hebræa publice docenda anno elapso successit.

CHRISTOPHORI AUGUSTI (a)

HEUMANNI,

DISSERTATIUNCULA

ad locum PHIL. II, 6.

Non caret hic Apostoli locus con-
trouersia, notaeque maxime sunt
interpretum dissensiones concer-
tationesque de ἀπταρυγμός illo, cu-
ius hic mentio iniicitur. Nec
vero huius loci est, diuersas Theo-
logorum (b) de loco isto sententias expromere
seueriorique subiicere examini. Quare sim-
pliciter meam exhibebo ἐξήγησιν, eamque tan-
ta circumfundam luce, vt paene nulla relin-
quatur de loci istius Paulini obscuritate, con-
querendi causa.

Contemplari itaque nos iubet Apostolus
IESVM nostrum CHRISTVM, qui, cum (c)
esset

(a) Vide Cl. I. fasc. IV. sect. 3. & fasc. VI. sect. 4. (b)
Inter hos recentissimi sunt Roëllius in amplissimo Com-
mentario suo in principium Paulinae ad Ephesios Epi-
stolae p. 488. vsque ad p. 512. & Ψευδιώυμος ille
Theophilus Alethæus in suis ad obscuriora Scripturae
S. loca commentationibus T. I. p. 465. --- 490. (c)
Quidam verba Pauli ita vertunt: Qui cum ἐν μορφῇ
θεοῦ SIT. Sed hos errare, recteque veterem interpre-
tem posuisse: qui cum in forma Dei ESSET; huiusque
vestigii iure instituisse Lutherum, vel leuior orationis
Paulinae inspectio manifestum facit. Duos enim Chri-
stus nobis repraesentat Apostolus: priorem, quo

esset ἐν μορφῇ Θεοῦ, tam se demisse gessit, ut non dubitaret sumere personam hominis abiectissimi, μορφὴν δούλου. Facile apparet, per μορφὴν intelligi externum statum, naturae siue DEI siue serui congruentem. Quemadmodum igitur μορφὴν δούλου est vilis illa persona, quam Filius DEI homo factus sustinuit, natus quippe humili loco, educatus parce ac duriter, nullo fulgens honore, nullis florens opibus, ad extremum ignominiosissimo exstinctus mortis genere; sic μορφῇ Θεοῦ est maiestas illa, qua Filius DEI exsplenduit ante, quam homo nasceretur; est, ipso Christo (d) interprete, δόξα illa, quam coram Patre habuit ante orbem conditum, πλάσιον ὡς, uti Paulus (e) ait, id est, nullius rei egens, omnibus ad beatissimum vitae genus necessariis rebus summe affluens, praetereaque, monente auctore (f) Epistolae ad Hebraeos inscriptae, splendidissimo angelorum satellitio stipatus, adeoque fruens, ut cum eodem scriptore (g) loquar, χαρᾶ, hoc est, beatitudine perfectissima. Quod si igitur quis a me expetat verborum Pauli, Christum antea fuisse ἐν μορφῇ Θεοῦ, scribentis paraphrasin, ei reponi commodissime posse arbitror initium Euangelii Ioannei, quippe quod sensum

splendorem & gloriam habuit diuinae suae personae debitam; posteriorem quo omni maiestate nudus simplicis eiusdemque vilissimi hominis speciem praebuit.

(d) Ioan. XVII, 5. (e) 2. Corinth. VIII, 9. ubi πλάσιον ὡς reddendum ita est: Ob er wohl reich war. (f) Hebr. II, 9. (g) Ibid. XII, 2.

sum Pauli luculenter declarat, & quis ante
 εὐαγγελιστῆρα suam fuerit Christus, aperte per-
 spicueque docet. *In principio, inquit Ioannes,
 erat Verbum, & Verbum erat apud DEVM, & Ver-
 bum illud erat DEVS. Hoc erat in principio apud
 DEVM. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
 factum est nihil, quod factum est.*

Haecenus recte me exposuisse mentem A-
 postoli, facile, credo, assentient lectores. Nam
 & obuius est iste sensus iis, qui diligentius
 verba Pauli expendunt, & plerique interpretes
 eodem modo vtramque μορφῆν explicarunt.
 Sed quid sibi velit Apostolus, Christum scri-
 bens Deitatem suam non habuisse pro ἀπραγ-
 μῶν, non aequae in promptu est interpretibus, de
 quibus hic non iniuria dixeris: *Facilius inter
 horologia, quam inter interpretes, conveniet.* Cae-
 terum in eo iam sum, vt ostendam, omnium
 rectissime vidisse Danhauerum, cum Pauli ver-
 ba (h) sic reddidit: *Non iactauit suam maiesta-
 tem; ac Mericium Casaubonum (i) eruditissime
 docuisse, per ἀπραγμῶν innui SPOLIA, (k)
 quae victores gloriose circumferre solebant,
 in sui que admirationem rapere conabantur
 spectatores. Non quidem me fugit, Joannem
 Clericum (l) istam Casaubonianam interpreta-
 tionem*

(h) *Hodosoph. p. 480. (i) Diss. de usu verborum p. 138.
 editionis Crenianae. (k) Id iam antea suboluit Joh.
 Cameroni, in Myroth. Euangel. edit. Salmurien-
 sis anni 1677. in 4. p. 214. sed non placuit Alex. Moro in
 Notis ad loca quaedam N. T. quae in eodem volumine
 sunt p. 386. T. d. H. (l) Biblioth. chois. T. XIX. p. 238.*

tionem reiecit: sed iniuste damnari ab eo hanc sententiam, statim idque lucidissime, nisi fallor, apparebit. Primum enim veterum monumentorum scrutatoribus incognitum haud est, quam magnificus fuerit regum imperatorumque e praelio, quo superiores discesserant, ad ciues suos reditus, & quam eximia exstiterint ornamenta triumphalia. In re abunde (*) nota vnum sufficiat alterumque exemplum. Audiamus *Entropium*, qui Pompeii de bello piratico & Mithridatico triumphantis mentionem his verbis (m) facit: *Nulla unquam pompa triumphi similis fuit. Ducti sunt ante eius currum filii Mithridatis, filius Tigranis, & Aristobulus rex Iudaeorum. Praelata ingens pecunia, auri atque argenti infinitum.* Idem alio (n) loco memoriae prodidit, *AEmilium Paulum* deuicto *Perseo* rege *magnificentissime triumphasse in curru aureo, & ad hoc spectaculum multarum gentium reges Romam venisse.* Pari modo (o) refert, in *Mummii* triumpho *signa aenea, & pictas tabulas, & alia urbis clarissimae ornamenta praelata fuisse.* Vocabantur haec (p) *pomphae triumphalis fercula*, ad quae & noster animum aduertit apostolus, cum in sua *Colossensibus* missa epistola (q) scripsit, *Christum exspoliatos*

prin-

(*) *Triumphalem Romanorum magnificentiam perdocte enarrauit Ioan. Saubertus in Prodtromo Phil. l. S. p. 70. sqq. (m) Brev. hist. Rom. lib. VI. cap. 13. (n) Lib. IV. cap. 4. n. 6. & 8. (o) Lib. eod. cap. 6. n. 6. (p) Sueton. l. 37. & IV. 47. Cic. lib. I. de Offic. cap. 36 ad quem locum plura adscripsit Franc. Fabricius, Cic. Orat. in Pisonem cap. 25. (q) Cap. II. 15.*

principatus ac potestates ostentasse palam, de iisque triumphasse. Maxime opima, quae vocabant, spolia Ioui Feretrio amplissimo magnificentiae genere dicabantur: de quibus alibi (r) notat dignissima exhibui.

Quando itaque Apostolus noster ait, Christum non pro ἀεπαγμαῖς habuisse suam Deitatem, hoc ipsum vult meam quidem sententiam, Filium DEI omnem maiestatis splendorem exuisse, nec more triumphantium, spolia hostibus erepta pompose ostentantium, μετὰ πάντων Φαρασίου (s) & ut Nepotis (t) utar dictione, magna ambitione e coelo in hunc orbem processisse. Qua in sententia eo magis confirmor, quod LXX. interpretes praedam ac spolia non semel appellant ἀεπαγμαῖς: id quod Roellius (u) me docuit. Adjungo iis, quos dixi interpretibus ἐκ τῶν ἔξω Herodianum, qui eodem vocabulo bellica insigniuit spolia. Duobus enim locis (x) τὸ ἀεπαγμαῖς usurpauit de militibus praedam facientibus & spolia hosti detrahentibus. Non alienum fuerit, hoc loco & meminisse Virgilianum (y) illud:

Aur spoliis ego jam RAPTIUS laudabor opimis.

Docet igitur Apostolus Christum non venisse in mundum cum triumphali quadam pompa, sed serui sumto habitu id vnum egisse, ut daret animam suam (z) λύτρον ἀντὶ πάντων, adeoq̄ absolutum omnibus modis humilitatis exemplum edidisse. Gottingae d. VIII. Jan. cl. lo ccxix.

(r) Diss. de duellis Principum §. XIX. (s) Act. XXV. 32. (t) In vita Dionis cap. III. n. 2. (u) Lib. cit. p. 511.

(x) Lib. IV. cap. XI. n. 13. & cap. 15. n. 19. (y)

Aeneid. X, 449. (z) Matth. XX, 28.